



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Pars Qvarta. Charitomachia Lvthero-Calvinistica. Contra Gratiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233



COPPENSTENII
LUTHERO-CALVINISTA.

PARS QUARTA

CHARITOMACHIA
LUTHERO-CALVINISMI

Gratiam Impugnantis,

DEMONSTRATA, AC REFVTATA.

DE GRATIA.

Gratia traditur quadriparti-
ta: 1. Donata simul & A-
missa: 2. Reparata: 3. Iu-
stificans: 4. Operans. Hæ-
que singulæ subdiuidi assolent.

I. DONATÆ amissio accidit cum
succedente Peccato, 1. Causato: 2.
Originante: 3. Originato, seu Tradu-
cc: 4. Huiusque Natura ac Pœna.

II. REPARATÆ Gratiæ attendi-
tur, 1. Natura: 2. Communicatio: 3.
Liberi arbitrii circa eam natura: 4. Et
eiusdem vires in Naturalibus: 5. in
Moralibus: 6. Et Supernaturalibus
rebus.

III. IUSTIFICATIONIS Grati-
æ Iustitia attenditur, 1. Vt in se est: 2.
Vt Inhærens: 3. Vt Operatoria: 4. Vt
Meritoria.

IV. GRATIA OPERANS specta-
tur in Oratione, Ieiunio, & Eleemo-
syna.

I. DE BONO GRATIÆ
AMISSO.

QVÆSTIO I.

*Fuerintne Protoplasta conditi cum do-
no Supernaturali?*

LUTHERVS Comment. in Gen. 3. Statuamus Iu-
sticiam non fuisse quoddam donum, quod ab extra ac-
cederet, separatum à natura hominis, sed fuisse verè
Naturalem: ut natura esset. *Adā diligere Deum, Cre-
dere Deo, agnoscere Deum. Hactam naturalia fuerūt
in Adā, quàm naturale est, quod oculi lumen reci-
pian.* Et infra. *Hac probant, Originalem iusticiam esse
de natura hominis: eā autem per peccatum amissā
non mansisse integrā naturalia, ut Scholastici delirāt.
Sic & cæteri asseclatum.*

CALVINVS Inst. I. c. 15. §. 8. *Animā hominis
Deus Mente instruxit rationis. Huic adiunxit vo-
luntatem, penes quam est Electio. His præclaris doti-
bus excelluit prima hominis conditio. Et mox: In
hac integritate libero arbitrio pollebat, quo, si vellet,
adipif-*

adipisci posset vitam aeternam. Infrà. Qui in homine, in spirituale exitium demerso, liberum arbitrium adhuc querunt inter Philosophorum placita, plane desipiunt, vt nec cælum, nec terram attingant. Ita & ceteri sectarij Pelagianizant apertè: de quo in Genealog. p. 4. q. 1. Quum igitur originalem iustitiam fuisse naturalem velint; ac ei liberū arbitrium in lapsu deperisse; ideo luctam carnis ac spiritus continuum esse peccatum aiunt: ac inde iustissimos quosque necessariò peccare. Quia verò eā rebellionem naturalē esse aiunt, sic à Deo conditā ac inditam nobis; idcirco Deum fieri auctorem peccati necesse est.

SVADENT. istis. 1. Si originaria iustitia fuit supernaturalis; ergo Concupiscentia erit naturalis, ideoque bona, Et à Deo. At I. Ioa. 2. ex mundo est, & non ex Patre: Vnde Paulus Rom. 7. eam se odissedit, vt malam & naturæ contrariam. 2. August. in Enchir. c. 11. dicit, Animorum vitia esse naturalium bonorum priuationes: at vulnera, ex peccato Adæ relicta, sunt ea vitia: ergo vulnera eadē sunt naturalium priuationes bonorum sc. originalis Iustitiæ, vt Naturalis. 3. Aug. 12. Ciui. c. 1. Vitium angelicæ naturæ est, Non adherere Deo: Vnde adherere Deo, naturæ conuenit. Ergo & humanæ naturæ est idem naturale, vt non opus fuerit supernaturali dono. 4. Aug. in Enchir. c. 106. Vitam ait aeternam nunc munus esse gratiæ; quæ, si perstitisset homo, fuisset meriti merces. Itaque tunc nullā opus erat gratiā; sed caritas, qua meremur, naturalis erat conditio. &c.

AUTOR. I. In Creatione fuit homo longè felicior, & rector, quàm nunc in Natiuitate. 1. Teste S. Scriptura in Antichristo p. 4. q. 1. 2. Ita S. Patres. S. Iren. l. 5. hæres. c. 6. Si defuerit anime Spiritus, animalis est verè talis, & imperfectus; Imaginem habens in plasmate; Similitudinem verò non assumens per Spiritum. Vnde Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem & Similitudinem nostram. Vbi S. Basil. hom. 10. Hexam.

Per Imaginem anima impressam meæ obtinui Rationis usum. Verum Christianus effectus utiq. similis efficitur Deo. S. Hier. in Ezech. 28. Tu signaculum similitudinis: Imago tunc facta est tantū; Similitudo in Baptismo completur. Itaque Imago ad rationem & voluntatem naturæ similitudo ad sapientiam & iustitiam Gratiæ refertur: Hæc amissa est: ista debilitata.

II. Cum animi Rectitudine homo simul accepit Gratiā gratum facientem: quæ, ait B. Albertus Mag. & D. Tho. 1. q. 95. a. 1. ita superiorem animæ partem Deo ad obedientiam subiecit; sicut iustitia Originalis inferiorē superiori. 1. Teste S. Scriptura in Antichristo. 2. sic & Concil. Araucanicum II. & Trident. sess. 5. 3. sic & S. Patres. S. Cyr. epist. 3. ad Pomponium. Inspirauit in facie eius spiraculus cuius, id est, gratiam Sp. Sancti infudit.

Non igitur Sanctus Augustinus est Autor Quæstionum noui & veteris Testamenti, sed alius hæreticus; quia negat Adamum in gratiā esse conditum; aliaque absurda similia; Quem & refutat S. Hieronymus.

III. Adam in Originali iustitia, cum habitu gratiæ gratum facientis conditus, nō eguit speciali gratiā quæ excitaretur ad bene operandum, aut peccata cauenda. Dona in homine quatuor considerari possunt: 1. Habitus gratiæ perficiens naturam ad obedientiam appetitus, rationi, & humis Deo præstandam. 2. Conseruatio habitus. 3. Cooperatio Dei per auxilium Generale in naturalibus; Speciale in supernaturalibus. 4. Motio excitans ad vtendum prioribus donis. Ista S. Augu-

Augustinus. Et in hisce perseuerare posse, ante lapsum erat in viribus liberi arbitrii; post lapsum non est Quia ipsa gratia fuit ante in viribus arbitrii; nunc non est; quia egemus gratiâ excitante nos.

IV. Reſtitudo; quâ cum Adam creatus fuit, & sine qua nascimur; fuit supernaturale donum; Idque Non, (vt volunt sectarii:) fuit sanitas debita naturæ, a partu nasci ex natura bene constituta; ac fluens ex principiis naturæ velut per accidens: Sed per se fuit absolute, & non potens fluere ex natura: Eoque spoliatus homo cõstitit in puris naturalibus, ceu conditus fuit. Ita *Communis omnium Theol.* Vnde exactu Actualis peccati sequitur *directè* inclinatio ad malum: at ex habitu originalis peccati sequitur *indirectè*; sc. velut ex remouente prohibēs. Sicque naturæ languor, ex ipsa suus ante lapsum, & post lapsum factus vulnus peccati. Liqueat *Luc. 10.* in lapso inter Latrones; quem 1. *Despoliarunt.* 2. *Dein vulnerarunt plagis impostis.* Ita S. Patrum consensus.

RATIO euincit idem. 1. Quia naturale est sensui concupiscere bonum ensibile; & spiritui rationali spirituale. Sicque *Spiritus concupiscit aduersus carnem* naturali pugna: at hac caruere protoplastæ; ergo ex dono naturali.

2. Si istius rebellionis causa non sit natura, post ablatam gratiam; Ecquid causa erit? Dicunt Deus. At reclamât scripturæ, Cõcupiscentiâ ex Deo esse negant. 1. *Ioan. 2. Concupiscentia non est ex Patre, sed ex mundo* *Iac. 1. Nemo tentatur à Deo; sed à Concupiscentiâ suâ.* Lex mentis, *Rom. 7. Non concupisces,*

est à Deo; Ergo lex membrorum concupiscens non est à Deo, minus cogit nos concupiscere Deus: Neque id in pœnam est datum à Deo, se sponte naturali consecutum ad remotionem gratiæ. Vnde S. Aug. l. 4. in Iulianum c. 13.

Non in fructu ligni erat libido, sed obedientia libidinis in ligno admissa, Deo deserente surrexit; no inferente.

3. Nunc ex peccatis actualibus amittitur gratiæ donum, & acquiritur propensio ad peccatum; at peccatum fuit actuale & quoad ipsum, personale, eiusdemque generis cum nostris, (licet originale fuerit, vt Capitis:) Ergo. &c.

4. Si (vt volunt sectarii:) natura humana mala est, & necessariò peccat, etiam remoto peccato originali, ac ideo non potuit à Deo creari sine iustitia origin. Ergo mortuus non potest à Deo suscitari sine iustitia originali: nam vt creari, sic & reparari, est folius Dei. At Lazarus, puer Helix & Helisæi, sunt resuscitati cū peccato origin. & sine iustitia origin. Ergo sine hac & creari potuit. Itē: De^o potuit resuscitatorū corpori, peccatis obnoxio, iungere animas iustas & sic creatorū.

5. Si Adæ gratia erat naturalis: ergo naturaliter erat filius Dei: at hoc absurdum. Vnde S. Aug. l. 3. in Maximinum c. 15. *Homo sit gratiâ filius, quia non est natura.* Christus dedit nobis potestatem filios Dei fieri, per adoptionem; Christus est filius unigenitus Dei, & Heredes nos cohæredes Christi; qui ideo est primogenitus in multis fratribus ijs, qui naturâ filij iræ sumus.

DICO AD I. Concupiscentia est natu-

naturalis, ex conditione materiæ; nõ tamen ideo bona; sed naturæ morbus facta est post lapsum, & pœna peccati: ideo non est ex Deo, quia Deus eam sustulerat, seu vinxerat dono & vinculo gratiæ. AD II. S. Aug. loquitur de vitiis per crebros actus acquisitis, quæ priuant naturali rectitudine, qualis esse potuit ante lapsum. Deinde ait, vitia, seu mala quæ bonis naturis insunt, priuant contrariis virtutibus.

AD III. Docet ibi, adhærere Deo Angelos per charitatem; non purè naturaliter, quasi solis naturæ viribus: sic & Adam prius; & iusti nunc. Vnde & istis & hiisce vita æterna est merces & gratia. Differimus tamen isto; Angelis & Adæ erat gratia relicta in libero arbitrio, qua uti poterat, si vellent: nos nec velle possumus, nisi gratia nos aduet; ideo vita æterna est illis merces meriti; nobis gratia doni. Plura apud Bellar. c. 7. Ita de supernaturalibus animæ donis: porro de corporis mortalitate vide in *Genealog. p. 4. q. 2.* De paradiso prolixè Bellar. Sed hodie vix dum controuersa. De peccato originali, deque Concupiscentia inferius plura.

QVÆSTIO II.

An Iustorum peccata sint tantum venialia?

- I IOVINIANVS finxit, Omnia peccata esse æqualia.
 II PELAGIVS; Omnia esse mortalia.
 III. WICLEFVS distinguit Mortalia: 1. Vt possunt inducere mortem; sic omnia sunt mortalia: 2. Vt de facto mortem inducunt, sic Reproborum duntaxat peccata sunt mortalia: at Electorum,

venialia, absolūtè omnia. Vide in mea *Genealog. p. 4. q. 2. & 3.*

CALVINVS Inft. 2. c. 8. §. 59.

Habeant filij Dei. 1. Omne peccatum mortale esse. Quia est aduersus Dei voluntatem rebellis, quæ eius iram necessariò prouocat; quia est legi prouaricatio. 2. Item Habeant Sanctorum delicta Venialia esse. Non ex suapte natura; sed quia ex Dei misericordia veniam consequuntur. Idem Inft. 3. c. 4. §. 28. Ex Dei misericordia nulla est condemnatio ijs, qui sunt in Christo IESV. Quia Non Imputantur, quia venia delentur. Sic Idem Inft. 3. c. 2. §. 11. REPROBI nunquam sensum gratiæ, nisi confusū, percipiunt; vt vmbra potius apprehendant, quam solidum corpus. Quia peccatorū remissionem Spiritus propriè in Solis ELECTIS obfignat; vt à speciali fide in vsum suum applicent. Supra ibi. Ergo vt Solos Electos semine incorruptibili Deum perpetuum regeneret, & nunquam dispareat semen vite. in eorum cordibus insitum; ita Solide in illis obfignat adoptionis suæ gratiam, vt stabilis ac rata sit. Sic eiusdem & Affecta.

LYTHERANI Calvinianis in hoc resistunt acti- ter per Exempla scripturæ. Nos pauca.

AUTOR I. Quædam peccata sunt ex natura sua Mortalia; nullo respectu ad vel Prædestinationem, vel Regenerationem: Et ea mortis æternæ reos constituunt. Sic Communis Theologorum, cum *D. Th. 1. 2. q. 88. a. 1.* exceptis paucis per disputationē, nõ per- uicaciã, secº docētibus. 1. Quia peccata quædã ex iustis constituunt iniustos, *Ezech. 18. 1. Cor. 6.* Quædam ita iustis inhærent, vt iustitiã tamen non exci- dant: Vnde illa mortem afferunt ani- mæ certam, hæc nullam: Que quanta peccatorum inæqualitas est, sc. quan- ta finiti & infiniti. 2. Conc. Mileu. can. 7. & Trid. sess. 6. c. 11. damnauit Pela- gianismum hunc, Iustos hoc, *Dimittite nobis debita nostra, orate pro alijs, non pro se se.* 3. In idem ruit S. Patrum Cõ- sensus.

II. Quæ-

II. Quædam peccata accidunt etiam iustis ac Electis mortalia; vt accepta semel tam Fide, quàm Charitate seu Iustitia, excidere valeant. Vide *Antichristum*. p. 4. q. 3. I. Adam fuit gloria & honore coronatus supernaturali, fidei & Sp. sancti plenus: Peccauit; animæ corporisque mortem incurrit. Rom. 5. licet verè prædestinatus.

Caluinus negat eum fidem perdidisse.

AT Tert. l. 2. contra Marcionem: *Quis dubitabit ipsum illud Adæ delictum heresim appellare? &c.* Rudis hæreticus fuit. Ambr. epist. 33. *Agnoscis Adam te nudum, quia bona indumenta Fidei perdidisti.* Sic Aug. Prosper. &c.

De Dauide iusto, sed & peccatore grandi facto: deque Sancto Petro, Dominum negante, scriptura & S. Patres testantur idem. Non sua eos prædestinatio conseruauit à peccato; sed liberauit. Qui steterunt ex Deo, ceciderunt ex seipsis; sed eos restituit Deus penitentes. S. Aug. tract. 66. in Ioan. *Mortuus est negando; & reuixit plorando, quia benignè ille respexit.*

2. Peccata Adæ, Moylis, Dauidis, Petri, verè voluntaria, vel consistere cum Fide potuerunt; vel non. Si non; ergo erant lethalia; nam hæc cum fide consistere posse negant Caluiniſtæ. Si potuerunt; ergo semel iustificati possumt liberè præuaricari; quia manente fide non imputari aiunt Caluiniſtæ. At hoc absurdū. Parebit quæst. sequente: sic n. nõ remitteretur peccata, sed condonarentur.

Et hanc peccandi licentiam eligit, statuitque innoxiam Caluinus in Antidot. fess. 6. can. 27. *Semen aliquod fidei manere in homine,*

suffocatum licet, etiam inter grauissimos lapsus, non nego. id quantulumcumq; est, particulam fateor esse vera fidei, & Viuæ; quando aliter ex ea non possit oriri fructus. Verum quoniam non apparet ad tempus, perinde habetur atq; emortua, quo ad sensum nostrum.

QVÆSTIO III.

Numquid Lutherani distinguant inter Peccata?

I. LUTHERANI nil distinguunt inter Mortalia & Venialia. LUTHERVS art. 32. ait, *Omne opus iusti est peccatum.* Damnante istud Leone X. addidit, *Idq; ex natura sua mortale; ex Dei misericordia veniale.* Idem in Capr. Bab. c. de bapt. *Vides quàm diues sit baptizatus; qui etiam volens, non potest perdere salutem suam, quantiſcunq; Nisi nolite credere.* Credentibus igitur vult omnia solum venialia esse, & non imputari.

II. MELANCHT. in Locis vult, I. In non renatis peccata omnia esse mortalia: 2. In renatis verò solum motus primo primi venialia censentur: 3. Venialia tamen ex se iram Dei merentur; condonatur autè credentibus, qui grati sunt Deo. 4. Mortalia sunt, quæ Fidem excutiunt: talia autem sunt peccata voluntaria. Sic Heshal. Magdeburg. Kern.

Summa breuis omnium: I. Peccata venialia sunt, quæ à Deo non imputantur; etsi ex se mortis sint rea. II. Non imputantur, quæ cum fide in misericordia Dei consistunt. III. Consistunt sic, quæ sunt Inuoluntaria.

AVTOR. I. VENIALIA dici, quæ non imputantur; repugnat scripturæ. I. In isto, *Dimitte nobis debita nostra,* de venialibus agi consentiunt nobiscum Lutherani: non sunt ante condonata per nõ imputationem, quàm petantur remitti. 2. Deinde non imputatio pugnat remissioni, hanc enim tollit vt superuacaneam. Moyſes, Aaron, & Samuel erant iusti fideles; peccarant; nec eos tamen peccato liberauit Non imputatio; sed Ps. 98. *Tu propitius fuisti eis, & tamen ulciscens in omnes adinventiones eorum.* 3. Itaq; pro hac Remissione orabit ad te omnis Sanctus. Etiam

iam, ait S. Aug. tract 6. in Ioan. *Quotidie lauat pedes nobis, qui interpellat pro nobis: Et quotidie nos opus habere, ut pedes lauemus, in oratione Dominica confitemur; Dimitte nobis. &c.* Malè igitur peccata venialia dicuntur Melanthoni *condonata*; Illyrico, *Non imputata* ob fidè in Christum: Heshusio, *tecta*: Caluino, *nihil condemnationis esse ijs, qui sunt in Christo IESU.*

II. NON IMPUTATA cenferi, ideoque venialia ea, quæ cum fide consistunt, commentum est falsum. 1. Quia sic nullum foret peccatum mortale, præter solâ Infidelitatem; hoc n. solû excludit necessariò fidem, aliud nullum. Nec enim latro, adulter. &c. est ob id infidelis. 2. Nec Specialis fides de sibi remisissis peccatis ob Christum, reddit omnia peccata venialia: Quia eâ gloriatur æque Lutherani ac Caluiniani, & tamen alteri alteros de pluribus damnant hæresibus: sic & Trinitarij, Anabaptistæ. &c. fidem specialem iactant, vt solam iustificantem: cui non repugnat quælibet Infidelitas, sed sola non credens sibi Deum esse propitium: minus ei repugnant peccata alia quantacunque; proinde omnia dici deberent venialia: 3. Si peccata mortalia cum fide nequeunt consistere, ergo nemo committeret furtum, fornicationem, homicidium, &c. quin fieret hereticus: nã peccata mortalia excluderent fidem iustificantem, volunt Sectarij. At discrimen semper maximum habitum in Ecclesia fuit inter Hæreticos, & malos Christianos: *Quod, ait Sanctus Augustinus lib. qq. in Matth. q. II. heretici falsa credunt, mali Catholici vera*

credentes, non viuunt ita, vt credant.

III. Peccata inuoluntaria posse cum fide consistere, quod non impotentur; ideoque sint venialia: Commentum est Melanthonianû. 1. Quia & voluntaria grauissima omnia consistunt cum fide, etiam speciali, præter infidelitatem solam, seu diffidentiam. 2. Prorsus inuoluntaria necquidè venialia sunt. Aug. l. de vera relig. c. 14. *Peccatum voluntarium adeo malum est, vt nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium: idque in iudicio diuino; non in ciuili, vt vult Melanch.*

Demum ex scripturis ista doceri repete ex *Antichristi p. 4. q. 4.*

QVÆSTIO IV.

An ex natura sua distinguantur peccata Mortalia & Venialia?

LUTHERANI, cum Iouiniano, & Pelagio absolute negantibus, negant conditionate: se ex natura ei nil differre ea: at ex Misericordia Dei, omnium Christi, & fidem Christianorum, sunt ita, solum venialia, quantacunque in se fuerint: quia Deo non imputantur. Infidelibus autem imputantur; ideoque sunt mortalia eisdem.

CALVINISTÆ volunt omnia Reproborum esse Mortalia: Electorum, venialia. Liquet ex prædictis.

SVADENT ex Scripturis, S. Patribus, & Ratione. I. Scripturis quæ generaliter de omni peccato pronunciant: *Maledictus omnis. Deut. 27. qui non permanferit in omnibus, quæ scripta sunt. Ezech. 18. Anima qua peccauerit ipsa morietur. Rom. 6. Stipendium peccati mors. Iac. 2. Qui offenderit in vno, factus est omnium reus. Matt. 5. Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, minimus vocabitur. &c.* Ergo in se omnia peccata sunt lethalia.

II. Peccata venialia dicuntur simpliciter & absolute peccata. Vt 1. Ioan. 1. *Si dixerimus quia peccatum non habemus. &c. si autem confitemur peccata nostra &c.* Iac. 5. *In multis offendimus omnes: Et hæc directè.*

III. Indirectè idem docentur scripturæ.
 CALVINVS. Mat. 22. Diliges Dominum Deum ex toto corde &c. quilibet leue peccatū legis obseruantia repugnat. Quæ n. vitiosa cogitatio obrepit in animū, si totus Dei amore occupetur: IV. Ioan. 13. si non laueris te, ait ibi Aug. & Bernard. à peccatis venialibus; non habebis partem mecum: ergo & venialia sunt lethalia. V. Mat. 10. Qui dederit vni ex minimis istius calicem aquæ frigida, non perdet mercedem suam. Ergo & minima peccata merentur pœnam æternam. Suasiones è Sanctis Patribus vide in Bellar. lib. de statu peccatorum cap. 13.

VI. Ex RATIONE. Quæuis culpa iustè puniri potest à Deo pœnâ mortis æternæ; cum malum culpæ leuissimæ sit maius quouis malo pœnæ grauissimæ; hæc n. potius subeunda est, quàm illa: Ergo quæuis culpa est mortalis. Potest etiam peccatum veniale nunquam remitti; quia remissio ex gratia Dei; ergo non tenetur fieri. &c.

AUTOR. Distinguuntur illa ex naturâ rei. 1. Teste S. Scriptura in Antichristo. p. 4. q. 5. 2. Sic Traditio tum Conciliorum, Mileu. can. 6. 7. 8. & Trident. sess. 14. c. 5. tum Sanctorum Patrum Latinorum & Græcorum, qui venialia vocant minuta, leuia, quotidiana breuia, minima.

3. Sic Ratio. 1. Si peccata venialia essent suâ naturâ mortalia, & solùm fidelibus non imputarentur; certè infidelibus imputarètur, essentq; mortalia. vt fatentur sectarij. At id falsum & absurdum est: ergo & hoc, venialia esse mortalia. Minor, quia eodem in genere peccati fidelis grauius peccat, quàm infidelis. Luc. 12. Seruus sciens vol. Domini, & non fa. vap. mul. &c. Heb. 10. Quanto putatis deteriora mereri supp. qui filium Dei concub. &c. Infidelem excusat non nihil ignorantia 1. Tim. 1. Misericordiam consecutus sum, quia ignoras feci in incredulitate, 2. Quia veniale esse

aiunt, quod est veniâ dignum: Hoc tale est, quod cum fide consistit: At cur cum fide consistens est veniale; mortale, sine fide? Quia aiunt hoc est voluntarium, illud inuoluntarium. Atqui hæc est intrinseca differentia ex natura rei: ergo peccatum veniale & mortale differunt ex naturâ suâ. 3. Quia Peccatū veniale ex naturâ suâ nõ ponit auersionem hominis à Deo, cum non repugnet charitati: at pœna æterna debetur culpæ ob auersionem ab æterno bono: Ergo peccatū veniale ex se non facit reos pœnæ æternæ. Sic D. Th. 1. 2. q. 87. a. 5. & 3. q. 86. a. 4. Quia Nec inter homines offensio leuis lædit, ac punitur, vt grauis: ergo nec apud Deum. Quod enim ex natura rei est; id conuenit ei semper & vbique. 5. Quia peccatum dicitur de veniali & mortali analogicè, non vniuocè. Vide Bellar. cap. 11.

DICO AD I. Venialia dicuntur imperfectè peccata, si cum mortalibus comparentur: at in locis citatis agitur de solis mortalibus. Quia si de venialibus ageretur in eis, sequeretur iustos re ipsa excidere gratiâ, ac mori, esse maledictos. &c. At hoc ne ipsi aduersarii sentiunt fieri ob sola venialia. Ad hæc adiuncta citationum docent idè, si obieris per singulas. AD II. Assumptum negatur. AD III. Bifariam dicitur ex toto corde: 1. super omnia Deus: Et sic peccata venialia non pugnant cum caritate, nec cum legis obseruantia. 2. semper actu: Et hoc cõprehenforum est, non viatorum. AD IV. Si non laueris te, corporaliter ait S. Basil. non habebis partem mecum, scilicet ob inobedientiam mortalem. Vel,

Spiri-

spiritualiter à venialibus si non lauro; non habebis partem mecum, sc. ad tempus; at non in perpetuum. Ad V. Nō dicit, vitam æternam possidebit; sed non perdet mercedem, quantulamcunque. Dein dare præmium operi, est liberalitatis; at dare pœnam est iustitiæ; proinde in hoc æqualitas requiritur; non in illo. Demum dare haustum frigidæ magnum est caritatis opus, non minimum.

Ad VI. Aug. l. 3. contra Iulianum c. 18. *Deus potest aliquos sine bonis meritis liberare; quia bonus est: Non potest quemquam sine malis meritis damnare; quia iustus est. Quia isto se Dominum, hoc Iudicem declarat; & culpis pœnas clementer, etiam in irâ proportionat. Cum autem pecc. venial. potest nunquam remitti, id est per accidens illi, non ex sua natura, quâ remissibile est; sed ex adiuncto pec. mortal. Dein Remissionem pec. venial. facit Deus ex gratia; ergo potest non facere. Potest absolute non condonare. Sed condonat tamen, quia promisit, Mat. 6. *Si miseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester cœl. delicta vestra.* Gratia igitur est vel habitus inhærens homini; vel Dei liberalis condonatio: ex utraque est pec. ven. remissibile.*

An Deus sit Autor peccati?

Vna hæc quæstio ab R. P. Becano subsecatur ex Illustrissimo Bellarmino rectè in plures quæstiones. Nos ordinem ex illo, Rem ex utroque perstringemus. De hæresiar-chis & Luth. vide in *Genealog. p. 4. q. 4.*

QUÆSTIO V.

An DEVS ab æterno prædestinatis peccatum Adæ.

CALVINVS Inst. 3. c. 23. §. 4. *Fateor sancti, in hanc, quam nunc illigati sunt, conditionis materiam, Dei voluntate decidisse vniuersos filios Adæ. §. 7. Difertis verbis hoc extare negant, Decretum fuisse à Deo, ut sua defectuione periret Adam. Infrà. Decretum quidem horribile, fateor: inficitari tamen non poterit, quin præseuerit Deus, quem exitum esset habiturus homo: & ideo præseuerit, quia decreta sua præordinauerat.*

SVADET istis, Ibid. 1. *Quasi verò Deum, quem scriptura predicat facere, quacumque re, ambiguo sine condiderit nobilissimam ex sacrosanctis. Quo: vt peccaret, ac periret. 2. Prædestinatio in posteris sese profert. Neque enim naturaliter exciderunt omnes, vnius parentis culpa. Quod eos prohibet fateri de vno homine, quod in vni deo toto hum. genere concedunt: &c. Hoc cum natura describi nequeat, ab admirabili Dei Consilio profectum esse, minime obscurum est. 3. Quia Prædictio Deum quem exitum esset. &c. vt supra.*

AUTOR. Deus ab æterno prædestinatum peccatum Adæ; sed non prædestinatum, non voluit, non necessitauit, vt haberet. 1. *Quia* nusquam id S. Scriptura dicit: at nil diuina fide credendum, adit Calvinista, nisi in S. Scr. expressum; sed passim is casus tribuitur serpenti, diab. Adæ, Eux, Vide *Antichristum p. 4. q. 6. 2. Quia* Deus serio, additâ pœnâ, prohibuit protoplastis peccatum; ergo fieri id voluisse non potuit, nisi contrarius sibi mendax & impostor. *Quia* Deus seuerè vindicauit patris peccatum. At, ait S. Fulgentius, *Deus non est vltor, cuius non est auctor: Ecce iustæ excusationis fuit Adæ. 4. Quia* Eccl 15. *Deus reliquit hominē in manu filij sui; vt potuerit præceptum implere,* aut

re, aut prauaricari. Tert. l. 2. contra Marcionem. Non enim comminatio mortis transgressioni adscriberetur, si non & contemptus legis in arbitry libertatem homini deputaretur. 5. Deus amicum suum Adam innocentem fecisset sibi inimicum iniuste, contra Prou. 27. Amicum tuum ne dimiseris. Eccl. 6. Amicus fidelis protectio fortis, medicamentum vite, & immortalitatis. At neutrum fuisset Adæ Deus. 6. Quia si Adam peccauit liberè; ergo falsum, quod volente Deo: Quia voluntas Dei est rerum necessitas; vt dat Calvinus. Si non liberè; ergo falsum illud Caluini Inst. 1. c. 15. §. 8. Potuit Adam stare, si vellet; quando non nisi propria voluntate cecidit. Quoquo se vertat, in se incurrit Calvinus.

DICO AD I. Dato antecedente, negatur consequentia: quia probari nequit ex scriptura. Ad II. Naturaliter cecidit Adam, & omnes Eph. 4. Eramus & nos natura filij ire. Aug. tract. 44. in loa. Quomodo, nisi peccante primo homine, vitium pro natura inoleuit? Et ipse Calvinus ib. Quod naturaliter inest omnibus, id certè originale est: naturaliter verò nos omnes damnationi obnoxios Paulus docet, Eph. 4. Voluit ergo Deus, vt si Adam peccaret, tota posteritas rea culpæ foret: Non tamen ideò voluit peccare Adamum cum posteris. Ad III. Non omnia fiunt Deo volente, quæ Permittente: Nec ideò vult omnia, quia præuidit. Aug. l. 4. de lib. arb. c. 4. Si vt tu, Quæ fecisti, meministi: nec tamen, quæ meministi, omnia fecisti; Ita Deus omnia, quorū ipse autor est, præscit, nec tamen omnium, quæ præscit ipse autor est. Quorum a non est autor; iustus est ultor. Idem lib.

1. de anima c. 7. Præscientia Dei peccatores præoscit, non facit.

QVÆSTIO VI

An Deus prædestinavit omnium hominum peccata?

CALVINVS, Inst. l. 1. c. 18. §. 1. Effugium est, Dei permisso, non volente hoc fieri. Quod a. nil efficiant homines, nil deliberando agitent, nisi arcano Dei nutu & directione, innumera testimoniis probatur. Inst. 3. c. 23. §. 6. Frustra de præscientia lis mouetur, vbi constat ordinatione potius & nutu omnia euenire. Ibid. §. 9. Excusabiles peccando haberi volunt reprobi; quia euadere nequeunt peccandi necessitatem; præsertim cum ex Dei ordinatione sibi iniiciatur huiusmodi necessitas. Nos verò negamus ritè inde excusari: quia sic Dei constat æquitas.

SVADET istis. I. Scripturis: Gen. 45. Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum: at in eo peccarant fratres Iosephi. Item Gen. 50. Act. 2. Hunc definito consilio, & præscientia Dei traditum, per manus iniquorum affigentes interemistis. Et Act. 4. idem. 2. Beza Eph. 1. Deus est, qui operatur omnia, etiam peccata, secundum consilium voluntatis suæ. 3. Calu. sæpe peccatum est peccati pœna. Rom. 1. Propter quod tradidit illos Deus in reprobum sensum vt faciant, quæ non conueniunt. 4. Quia aut Nolens permittit peccata Deus; tunc non est omnipotens: aut Volens; tunc falso id negant Papistæ.

AVT OR. Non prædestinauit Deus fieri peccata.

I. Sic scriptura in Antichristo p. 4. q. 5. docet, Deum detestari mala, ac nolle quoad se: quin quæ præuidit, velle ea in bonum vsum conuertere: Vt Gen. 50. Vos cogitastis de me malum; sed Deus vertit illud in bonum, vt exaltet me; Et saluos faceret multos populos. Aug. In Enchir. c. 100. Non sineret Bonus fieri mala, nisi Omnipotens etiam de malo facere posset bene. In hunc sensum accipit omnes scripturas, etiam quæ contrariæ

b viden-

videntur, omnis Sanctorum Patrum consensus.

II. Deus non potest velle, quod vt naturæ suæ contrarium execratur: illa autem est infinita bonitas; at peccatum est malitia: quæ inter nulla est proportio: causæ verò & effectus est proportio: non igitur esse Deus causa peccati potest. Quia, Matth. 7. *Non potest arbor bona malos fructus facere.* Et Sap. 14. *Odio est Deo impius & impietas.* Et Calvinus Inst. 3. c. 23. §. 4. *Deus iniustitiam naturaliter amat, iniustitiam auersatur.* Ratio: Quia voluntas Dei & natura Dei sunt reipsa idem; vnde Dei odium in peccatum est Deo naturale ac necessarium; vt & amor boni.

III. Deus non potest velle fieri, quod seuerè prohibet fieri; cum non possit contrarias habere voluntates. Hoc ait Calu. Inst. 1. c. 18. §. 3. *facile diluatur.* Post multa concionabunda ita diluit *Quomodo idem diuerso modo Nolit fieri, & Velit, non capimus.* Fingit autem præter apertam Dei voluntatem, qua in scripturis verat peccata, occultam aliam qua velit eadem: sed eam confinxit ipse.

IV. Qui punit, quod sua voluntate factum est, tyrannus est: at Deus punit peccata: ergo si illius cum voluntate fieret, tyrannus esset. Esto: puniat bono sine vt ostendat suã potentiã: At eo fauor foret tyrannis, velle delinqui, vt puniat.

V. Si Deus vellet peccari, homo peccando non peccaret; quia se Dei voluntati conformaret.

i. Cum igitur sic nemo peccasset, aut peccet; ad quid venisset Christus peccatis tollendis?

2. Sic vera Libertinorum esset hæresis; *Peccatum nihil est, nisi falsa opinio.*

3. Quodque amplius peccando seruaremus legem Dei: Cum Dei voluntas, ait Calu. Inst. 3. c. 23. §. 2. *si non modo ab omni vitio puras, sed summa perfectionis Regula, & Legum omnium Lex nostra, velitque nos peccare.*

4. Quin peccatum foret bonum factum; quia Legi, Regulæ summae, voluntati Dei conforme: sicut Israelitarum spolia rapta Aegyptijs, Olee cum fornicaria nuptiæ, destinata ab Abrahamo cædes filij: quæ in se peccata erant, at iussu Dei facta, virtuti ducebantur.

VI. Si prædestinasset peccata singulorum Deus; frustra nos orare docuisset, *Ne nos inducas intent.* adeo immutabilia sunt decreta Dei: Item peccasset omnes, quotquot vnquam lege peccata vel prohibuerunt, aut punierunt: vitia forent virtutes appellanda, ac remuneranda. Item inimicæ Catholicis succenserent hæretici, ab illis sese ferro flammisque deleti cum Deo volente fiat.

DICO AD I. Deus ad præuisa mala circa Iosephum, & Christum patranda se habuit permissiue: at actiue ad eorum factam in maius bonum conuersionem. 2. Scripturis Scripturas, & illarum sensum sequiori sensui apparenti, ex S. Patrum consensu opponimus. Cum enim scriptura rem eandem hic asserit, negat alibi, tunc illi adhaerendum parti, cui fauent magis & verba, & sensus Scripturæ, & Patrum consensus. At Calvinista hac in causa non habent vllam scripturam claram & euentem; nos habemus &c.

AD II. In-

Ad II. Infrà quæst. 9. liquebit, quod, quæ operatur Deus, operari eum voluntate sua: at operatur omnia, præter peccata.

Ad III. Sequens peccatum prioris est pœna, improprie & indirectè; sc. dum peccatum prius fugat gratiam, à qua desertus homo pronior ruit in peccatum aliud, aut in infamiam.

Ad IV. Aug. in Enchir. c. 100. Deus peccata permittit volens; fiunt autem Deo non volente. Permissio iusta est; peccatum iniquum. Nec ideo, quia peccatur inuito Deo, Deus non est omnipotens; quia inter velle & nolle Dei medium datur Permittere malum, & tamen id non velle.

QVÆSTIO VII.

An Impellat Diabolum Deus, ut nos ad peccandum inducat?

CALVINVS ait, Inst. 1. c. 18. §. 1. Scimus Sathanam se coram Deo sistere, ad excipienda iussa, non minus quàm Angelos, qui spontè obediunt: diuerso id quidem modo & fine, sed tamen ne quid agredi possit, nisi volente Deo. &c. Ergo quicquid agerent homines, vel Sathan ipse, Deus tamen clauum tenet, ut ad exequenda sua iudicia conuertat eorum conatus. Vult Deus perfidum Regem Achab decipi; operam suam offert diabolus: mittitur cum mandato certo, ut sit sp. mendax in ore Prophetarum. &c. Ridiculum foret, iudicem tantum Permittere, non Decernere, quid fieri velit, & mandare executionem ministris. Ibid. §. 2. Fateor, interposita Sathanae opera sepe Deum agere in reprobis; sed ut eius impulsu Sathan ipse partes suas agat & perficiat, quatenus datum est. &c. Dicitur Sathan excacare infidelium mentes: vnde hoc, nisi quod ab ipso Deo manat efficaciam erroris? &c. §. 5. Spiritus ergo impurus, Dei spiritus vocatur; quia ad eius nutum potentiamque respondet, instrumentum magis ipsius in agendo, quàm à seipso autor. &c.

AUTOR. I. Nemini mandatis Deus

impie agere, Eccl. 15. adeò nec diabolo vnquam; cuius impietati voluntariæ patronum agit Calvinus; culpaturque Deum ceu mandatarium Sathanicæ malitiæ.

2. Deus contraria mādaret homini, ut non peccet, resistatque diabolo: Sathanæ, ut inducat ad peccandum. Item Dei mandata de procurandis peccatis habere semper vim & effectum; at ea de vitandis ijs, ac virtutibus operandis, non sortiri effectum semper; Item, Inde promptior Deus foret ad mala, quàm bona; cum illa semper, hæc non semper eueniant. Item, Deus plus Sathanæ quàm Angelis tribueret: nam mandato suo diaboli efficaciter concurreret semper; non pariter Angelis dato. Vnde Deus omnia nobiscum simulato ageret inhortans ad virtutes: Frustrà Apostolus, Eph. 6. Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli, hoc est Caluino, aduersus mandatum Dei.

3. Deus odit peccatum, ut suprà liquet: non ergo Sathanam incitat eidem procurando. Vide Antichristum p. 4. q. 6.

QVÆSTIO VIII.

An occulta vi moueat ac Necesitates nos ad peccandum Deus?

CALVINVS ait, Inst. 1. c. 18. §. 2. Quantum ad arcanos motus spectat, quod de corde Regis predicat Salomon, flecti huc & illuc, prout Deo visum est, ad totum certè genus humanum extenditur, tantundemq; valet, ac si dixisset: Quicquid animis concipimus, arcana Dei inspiratione ad suum finem dirigi. Et certè nisi Deus intus operaretur in mentibus ho-

minum, non rectè dictum esset, auferre labium à veracibus, & à senibus prudentiam, auferre cor Principibus terra, vt errent per devia. &c. Vnde apparet certa destinatione Dei impulsos sc. Assyrios. Et §. 4. Homo iusto Dei impulsu agit, quod sibi non licet. Inst. 3. c. 23. §. 9. Excusabiles peccando &c. supra quæst. 6.

SVADET istis. Dominus 2. Reg. 16. Præcepit Semei, vt malediceret Dauid. Et 2. Reg. 24. Commouit Dominus Dauid dicens: Vade, numera Israel & Iudam. Ezech. 14. Ego Dominus decepi prophetam illum. Et 2. Theff. 2. Mittere illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio. Pl. 43. Declinasti semitas nostras à via tua. Pl. 104. Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius. Ioan. 13. Quod facis fac cito.

AVTOR. DEVS neminem tentat ad malum, minus necessitat.

1. Teste S. Scriptura in *Antichristo* p. 4. q. 7. Notat tamen S. Aug. l. 2. de consensu Euang. c. 3. duplex genus tentationum, vel ad probandum: Vt Gen. 22. *Tentauit Deus Abraham: Vel ad seducendum; sic Iac. 1. Ipse neminem tentat.* Imò. Cor. 13. *Fidelis Deus, qui nõ patietur vos tentari supra id, quod potestis; tantum abest, vt tentatione inducat in casum. &c.*

2. Deinde, est in Ecclesia Discretio spirituum. Cor. 12. *Diuisiones gratiarum sunt: At si Deus impellit nos ad bona, & mala, semper existimare possum ex Deo instinctum esse. Sed contra monemur ibidem: Nolite credere omni spiritui; sed probate spiritus, si ex Deo sint: Caluino autem bona, mala; vera, falsa perindè inspirantur à Deo: Nullus igitur sensus Scripturæ foret hæreticus: nec verus à falso discerni posset.*

DICO AD obiecta. Deus circa hominum peccata facit plura:

1. Non impedit conatum peccare volentium.

2. Negat eis, gratiã destitutis, auxilium speciale contra peccatum.

3. Permissiue finit pronos ad peccandum peccare.

4. Occasionem offert subindè peccandi.

5. Peccata impiorum dirigit ad salutem electorum. Hinc liquent Scripturæ.

QVÆSTIO IX.

An Deus Operetur nobiscum peccata nostra?

CALVINVS ait Inst. 1. c. 17. §. 5. *Egyptia concedo, fures. &c. esse diuina prudentia instrumenta. Idem c. 18. §. 1. Ergo, quis quid agitent homines vel Sathan ipse, Deus clauum tenet. Infra. Absolutè incesto coitupatris thori polluens, detestabile scelus perpetrat: Deus tamen hoc opus suum esse pronunciat. §. 2. Certè nisi operaretur in mentibus hominum, non rectè dictum esset, auferre labium à veracibus. Distinctius declarat Inst. 3. c. 4. §. 2. Omitto hic Vniuersalem Motionem Dei, vnde creatura omnes, vt sustententur, ita efficaciam quibus agendi ducunt: de illa speciali Actione tantum loquor, qua in vnoquoque facinore apparet. Hæc habet ille ex sequentibus: Nam*

LUTHERVS ista fudit: *Mala opera in impijs Deus operatur. Quæ verba dein Lutherani eraserunt. ZVINGLIUS Serm. de prouid. c. 6. Quando faciunt adulterium, homic. &c. Dei opus est motorij, auferre impulsorij. MELANCHT. Ad Rom. 8. Adulterium Dauidis, & proditio Iuda ita est proprium opus Dei, sicut conuersio Pauli. Sed hi sententiam vertunt.*

SVADET Caluinus istis. Il. 45. *Ego Detulimus, & non alter, faciens pacem, & creans malum. Ego Dominus faciens omnia hæc. Vnde Absolutè incestus, erat malum culpæ, & tamen à Deo.*

AVTOR. Deus non operatur nobiscum peccata.

1. Sic Scriptura in *Antichristo* p. 4. q. 7. *Quia odit peccata Deus, & peccatores. Quare Esau odio habuit; Cur non similiter*

militet dixit: Solem dilexi, & Lunam odio habuit quærit S. Aug. l. 1. ad Simpl. q. 2. Respondet: *Vt intelligamus omnium creaturarum artificem esse Deum: omnis a creatura Dei bona est; & homo, in quantum homo est creatura; non in quantum peccator. &c. nec odit in homine, nisi peccatum. Non odit Deus Esau hominem; sed odit Deus Esau peccatorem.*

2. Ratio: Quia quicquid Deus operatur, id volutate operatur; at peccata non vult; ergo nec operatur. Itē si Deus in peccato sit agens principale, homo instrumentum; ergo peccatum foret Dei potius, quam hominis: Et homo iniuste puniretur. Hoc negat Calvinus; Cur? Quia *vix capit id sensus carnis.* Zvinglius ait, *De hoc Deum interroga; ego ei non fui à consiliis.* Denique peccatum consistit in priuatione & defectu: Deus autem non potest in agendo deficere: Calvinus verò putare videtur, quod peccatum consistat in entitate & speciali influxu Dei in illud, qui id effectiue producat.

Dico Ad Calvinum, cum Tert. *Malis culpe, & malis pœne, suum cuique parti definimus autorem: Malorum quidem peccati, diabolum; malorum verò pœna Deum creatorem, qui est mali permissor, quia dominator: non autor, quia non effector.* Proinde præuisa Absolonis mala voluntate placuit vti ad puniendum Dauidem; non tamen dedit voluntatem malam, sed permisit. Ita Aug.

QVÆSTIO X.

An Deus simpliciter sit dicendus Autor peccati?

CALVINVS affirmat Inst. r. c. 18. §. 7. *Etiam*

satis aperte ostendi, Deum vocari omnium eorum Auctorem, quia isti censores volunt otioso tantum eius permisso contingere, vt Achabi tyrannidem, incestum Absolonis, conuicium Semei, apostasiam & idolomaniam decem tribuum, incendia Chaldæorum, parricidium Christi, iudicium iniquum Pilati. &c.

I. IDEM lib. de ar. prad. Negat Deum esse autorem peccatorum.

II. Distinguunt verò sic Calvinista: Deus est autor furtorum, adulteriorum; &c. sed nō tamen peccatorum: Quod opera ea, quatenus procedunt à Deo, non sint peccata; sed quatenus à mala voluntate promanant; quæ propriè est solius hominis, vt bona Dei: 3. Huius causas ferunt quatuor:

1. Quia natura humana est tota corrupta.

2. Quia Deus non vult peccatum, vt culpam; sed vt pœnam præcedentis peccati.

3. Quia Deus habet finem bonum; homo malum.

4. Quia ait Zvinglius, Deo non est polita lex; homini est polita; ideò hominis voluntas transgreditur, non Dei.

AUTOR. Deus nequaquam dici autor peccati potest: At iuxta Calvinistas debet. Quia hisce Deus physice, effectiue, & vt principale agens producit furta, adult. &c. ergo est causa peccati physica, &c. Item qui alium incitat, impellit, necessitat ad peccandum, is moralis est causa & autor primarius: Item, qui vtitur instrumento, est operis eo facti primarius autor: Item qui efficaciter procurat, vt quis peccet, is autor peccati est: Hæc talia facit Deus in peccatoribus, iuxta Calvinistas. Ergo,

Dico Ad I. Calvinus ait, Negatque idem. Disputans contra Catholicam Dei permissionem; Affirmat: Differens contra Libertinos, ex Luthero & Caluino natos, Negat se ipsum

psum in filiis oppugnans.

AD II. Id estugium suis Libertinis negavit Caluinus, vt vanum *in epist. ad Rotomagen.*

AD III. Non est eodem in opere voluntas Dei bona; hominis ob fines mala. Ideo allata causa sunt vanæ. 1. Quia natura humana non fuit corrupta in Adam, nec angelica in Lucifero; & tamen peccarunt. 2. Quia in iisdem nullum fuit præcedens peccatum. 3. Esto: nihilominus Deus est Caluino causa Intentionis in peccate, quæ ad finem libidinis explendæ consequendum fertur, vt quem fieri Deus decreuit: Vnde mala ea intentio est effectus prædestinationis; proinde & peccatum, quæ tale, est effectus Dei. 4. Id refellit Caluinus, *Inst. 3. c. 23. §. 2. Non fingimus Deum Ex legem.* Rectè: Quia sua ipsi natura & bonitas lex est. Peccata verò aduersantur legi naturæ, hoc est, bonitati Dei. Ideo siue Deus, siue homo eligeret furtum, mendacium. &c. aut vtriusque voluntas foret mala, aut neutra. Hactenus pleraque iuxta Becanum ex Bellar. Porro ex huius fontib⁹ diuinis cetera.

QVÆSTIO XI.

*An DEVS, & an SOLVS sit Autor
omnis peccati?*

ZVINGLIUS, CALVINUS Beza. &c. Verbis difertè negant, apud Bellar. li. 2. c. 2. At facto ipso per alias propositiones affirmant: De quibus supra *quest. 5. 6. 7. 8.* ex Caluino, cui Symmysta sui conspirant, apud Bellar. c. 3. Quorum, præsertim Beza in Aphorismis, hæc summa est. 1. Aphor. 18. *Deus per ea, quæ condidit, tanquam per Instrumenta exequitur suo tempore, quicquid ab aeterno decreuit.* 2. Aphor.

19. *Quicquid agit Deus, bonum est. Et discrimen boni & mali in instrumentis duntaxat locum habet.* 3. Aph. 20. *Instrumenta bona bene agunt, Deus quæque per illa: Mala (ex corruptione, non creatione) male semper agunt; ideoque iuste incurrunt in iram Dei: quatenus autem Deus per illa agit, bono Deiperi vel inuita, vel per ignorantiam seruiunt.* 4. Aphor. 22. *Sic autem per illa agit, vt non tantum finat illa agere, nec tantum moderetur euentum, sed etiam Excitet, Impellat, Moneat, Regat, atq; ad aliam etiam creet vt per illa agat, quod constituit. Quæ omnia sine vlla iniustitia agit.* 5. Aphor. 31. *Agit Deus sui operis respectu; Permittit verò eius operi respectu, quod Mala Instrumenti: sponte peragunt, quatenus Actiua sunt; non, Passiua. Iuste tamen permittit iniusta: quia peccata, vt à Deo Nolente permittuntur, peccata non sunt, sed peccatorum peccata, sed eadem vt à Sathana & malis proficiunt, peccata sunt: quæ quæ talia Deus nunquam permittit, sed vetat.*

AUTOR. Ex his talibustria manifesta euadunt.

1. Deum Sectariorum esse Autorem peccati.

1. Quia Rom. 3. *Non sunt faciendæ mala, vt veniant bona; quod facere Deum volunt; ergo quæ intrinsece mala sunt & ex obiecto, bona facere nequit Intentio, finisque bonus: Cæterò quoniam liceret furari ad elemosynas faciendas. Esto, vitiet intentio mala bonum opus; non tamen malum opus bona iustificat intentio.*

2. Deus est autor intentionis in homine malæ; quia impellit, mouet occultè, cogit voluntatem, vt aiunt, ad peccatum: at hoc nisi mala fiat intentione, peccatum non est: ergo vtriusque idem est autor Deus, & efficaç procurator.

3. Si Deus ad furtum impellit hominem malum, vt instrumentum suum; ergo hoc vult parere sibi, teneaturque

turque hoc obsequi ad opus; sicque peccat, & non peccat; Deusque vult eum peccare, & non vult. Deinde nõ quidem est lex posita Dei, vt ideò nec in legem committat; Quæ tamen est lex nobis, ea est natura Dei; cui non repugnare tenetur Deus. At repugnaret, si operaretur in homine malum. Sic nec iusto lex est posita, quæ se. eum terreat; cum eam sponte seruet.

4. Denique Peccatum est patratio operis legē prohibiti: sed Deus est autor operis, vt volunt; ergo & peccati.

II. DEVS Calvinistarum verè ac propriè peccat Nam ad peccatum tria requiruntur: 1. vt sit præuaricatio legis alicuius: 2. sit actio à causa libera, sc. hominis non mente capti: 3. Sit à causa particulari, quæ vniuersalem determinet indifferentem ad omnes actus, faciatque actum talem in specie sic, vt deformitas ad solum particulare agens, nõ ad vniuersale referri debeat. Sicut & monstra fiunt ex defectu causæ secundæ. In duobus consentimus: dislētimus in tertio, negamusq; actuum in specie talium deformitatē in Deum posse referri, vt causam eorum particularem. Affirmant aduersarii adeò vt Deus influxu speciali tum sinat decipere Sathanam, tum & intus ipsi cooperetur in mentibus peccantium: sicque vis erroris promanet omnis à Deo. Certè asserit Zvinglius *serm. de prouid. c. 5. & 6.* fuisse necessariam iniustitiam, & mendacium, vt cognosceretur iustitia & veritas. ergo Deus propriè in particulari intendit actionem mendacii & iniustitię. Quin

Beza Aphor. 22. ait Deum creare hominem eo fine vt intentas à se decretasque actiones perficiat.

Adhæc, verè colligimus quod asserant, Deum esse auctorem peccati: ergo & verè peccare dicunt.

III. DEVS Calvinistarum SOLVS propriè peccat; non homines. Quia nemo peccat in eo, quod vitare non potest: At protoplastæ in statu innocentia vitare peccatum nequiverunt; iuxta Calvinistas; ergo minus homines in statu lapsi. Et quia vitare peccatum non possunt, etiam nec ipsum velle peccare vitare possunt. Minor patet *suprà quest. 5.*

IV. Ex istis necessariò sequitur Libertinismus iste; *Peccatum nihil esse nisi falsam opinionem:* Quia nec Deus peccat; nec homines, qui necessitantur. At omnem istam impietatem etiam recta ratione refelli vide *in Genealog. p. 4. q. 4.*

DICO AD Aphorismos Beza; ex iis tria consequuntur absurda.

1. *Peccata*, quatenus fiunt ab instrumentis vt actiuis permitti à Deo, & non fieri: Item simul sub eadem ratione Non permitti à Deo, sed fieri physicè, ac propriè.

2. *Opera eadem*, ab actiuis instrumentis facta, Esse verè peccata: item simul eadem sub ratione Non esse peccata; vt quæ Deus non permittat, sed vetet.

3. *Instrumenta actiua* operari Deo vel ignorante, vel inuito. Si nouit; ergo vel cõsentit, vel repugnat, vel permittit: quartum dari nequit. At Deo repugnante nil fit; permittente rem vetitam, nil peccatur: Consentiente Deo, Deus simul peccat.

II, DE

II. DE PECCATO ORIGINANTE.

QVÆSTIO XII.

*An, & Cur permisi Protoplaste
tentari?*

I. LUTHERANOS quosdam refert *Lutherus Comment. in Gen. 1.* docuisse; Protoplastas non potuisse tentari, aut peccare; nec peccasse.

SVASERVNT ex principiis Lutheri. 1. *Iusto. 1. Tim. 1. lex non est posita, sed peccatori:* at ij erant iusti: Ergo vbi non est lex, ibi nec præuaticatio est.

2. Deinde prohibitio de non edendo, admonitio fuit qualis medicorum est; non lex.

II. S. Prosper censuit, causam permissionis, occultam fuisse superbiam prodromam tentationis.

III. *Ophite* fingebant, Serpentem fuisse Dei sapientiam, quæ oculos aperuit tentatis, in odium creatoris. *Manichæis*, erat Christus: *Origeni*, Delectatio: *Cyrillo*, species serpentis assumpta: *Iuliano*, fabula, bestiam loqui: *Iosepho*, naturale tunc brutis fuisse loqui.

AVTOR. I. Verè obnoxij fuerunt tentationi; & peccarunt, teste pœnâ mortis inflictâ. Neque hanc causauit esus de ligno; sed peccatum.

I. Patet ex Scriptura in *Antichristo p. 4. q. 10.*

2. Si ideo peccare nequuerunt, quia non habuerunt legem, vt iusti: ceu aiunt; ergo lex prærequirit peccatum, vt posita peccatori, & id peccatum rursus aliud, sicque porro. Fuit itaq; lex naturæ lata ante peccatum.

II. Causa permissionis fuit soli nota Deo, teste *Aug. l. 11. in Gen. 4.* Congruentiæ tamen afferuntur à *Bellar. lib. 3. c. 2.*

III. Tentatio autem facta est à ve-

ro, naturalique serpente: Testibus S. Patribus: Ex quo demon est locutus. *Sap. 2. Inuidiâ diaboli mors intravit, &c.* Non igitur ex natura ligni optimi secuta mors est.

DICO AD I. Iam liquet. Adde ex *Aug. l. de spir. & lit. c. 10. Lex pœnarum comminatoria non est posita iusto*, qui sponte, & amore recti recta operatur. Sicut, *Rom. 6. Nō estis sub lege, sed sub gratia.* Vel vt *Ambr. in Psal. 36. Iusto lex, in tabulis scripta, non est posita; nā scripta in corde seruat, probatque opere: sed iniusto; ceu legis obliuio, aut contemp-*

torii. AD II. Pœna mortis & verba ipsa esse legem scriam testantur. Porro *Ophitæ*, ex *Valentino* hæsiarchanæ, serpentem colebant pro Deo; Dam-nati anno 172. verus a. serpente tentator; vt cui vera inflicta pœna erat. Neq; tunc bruta loquebantur; quia & nunc loquerentur; cum nil naturæ leperdiderint.

QVÆSTIO XIII.

*Fuitne superbia, an Infidelitas, pri-
mum Protoplastarum pec-
catum?*

LUTHERVS in *Comment. ad Gen. 3.* asserit Infidelitatem fuisse; quod se monituros non crederint.

CALVINVS *Inst. 2. c. 1. §. 4. Infidelitas vana defectiois fuit. Hinc autem emerfit ambitio & superbia.*

SVADENT. istis. 1. *Luth.* Serpens in primis id perluadere studuit. *Scit enim Deus, quia qua die comederitis, aperientur ocs. vestri. &c.*

2. *Luth. Calu.* Fides est radix iustitiæ: ergo iniustitiæ, infidelitas.

3. *Calu.* Quia nunquam Adam auctor fuit

fuisse repugnare Deo, nisi incredulus ipsius verbo.

4. S. Bonau. & Scoti, ex S. Aug. 14. Civ. c. 11. Peccatum primum fuisse Inobedientiam Adæ ex amore vxoris nimio. Quia ait Scotus, homo prius cognoscit alia, quam se; ideo prius in Adamo fuit inordinatus vxoris amor, quam propria excellentia.

5. Esto fuerit Superbia, quod fierent sicut Dij; Sed id fieri posse crediderunt; ergo prior fuit in eis infidelitas. Id si non crediderunt; vnde appetierunt fieri sicut Dij?

AVTOR. Superbia fuit initium peccati, ita D. Th. 2. 2. q. 163. non vxorius amor amicitia; vt S. Bonau. & Scotus volunt.

1. Teste S. Scripturam in Antichristo p. 4. q. 10.

2. Ita S. Patres Basil. Chryl. &c. S. August. lib. 8. de Gen. ad lit. cap. 11. cui Superbia & Inobedientia Adæ pro eodem sumuntur: cum omnis inobedientia superbus sit præcepti contemptus.

3. RATIO fauet. 1. Cum malos inter actus priores sint interni, quam externi idque circa obiectum tam intelligibile, quam sensibile; Cumque pars inferior à superiore deficere nequeat, nisi prius hæc à Deo defecisset: ideo concupiscentia boni sensibilis præualere Non potuit in animo, nisi prius ipse animus à Deo defecisset: Itaque nec amor vxorius fuisse prior Elatione potuit.

2. Inter actus internos circa bonum intelligibile, prior est actus circa finem hominis, qui in malis est Excellentia propria vt obiectum superbia; quam circa media: Quia media appetuntur propter finem; non contra.

3. Mens illuminata obscurari ne-

quit errore, nisi prius obscurata per auersionem à Deo lumine vero: vt docet S. Aug. 14. Civ. c. 13. At superbia, appetens altiora se, fuit obscuratrix prima. Vnde Aug. 1. de pastoribus. c. 8. *superbia mater infidelitatis est.*

4. Quia Auersio à bono increato per se non est appetibilis, cum solum bonum sit obiectum voluntatis: At, non velle Deo credere, talis est auersio. In peccatis autem prior est conuersio ad bonum creatum vt ideo auertamur à Deo, quia conuertimur prius ad creatum bonum. Prior ergo fuit superbia, quam infidelitas. Hæc tamen illam secuta fuit, in Eua prius ex serpente, Dein ex Eua in Adamo.

DICO AD I. Textus docet suam superbia: Aperientur oculi; Eritis sicut Dij: & huc aspirarunt seducti & excæcati.

AD II. Contrarium consequentis sequitur: Nā Quia fides est origo iustitiæ, ideo infidelitas est finis iniustitiæ, non origo. Quippe primum in generatione est vltimum in corruptione, vt ædificationis principium est fundamentum; euerisionis, tectum.

AD III. Adam non fuisset incredulus, nisi per elationem: & sine hac non ausus fuisset discredere Deo; igitur elatio prior erat. Sic Aug. 14. Civ. cap. 17.

AD IV. S. Augustinus vult amorem vxorium nimium fuisse priorem inobedientiæ; at non priorem superbiæ. Dein Adam prius cognouit se, quam vxorem; ob infusam scientiam. Nec necesse prius amari, quod prius cognoscitur, cum quid cognosci possit, &

nōn amari. Demum Euz pecc. primum fuit, ait Scotus, amor proprius; ergo & Adæ esse potuit idem.

AD V. S. Aug. passim ait superbiam in eo fuisse, quod optarint fieri Dij per imitationem, non per naturam; ne vlli subessent. Quod votum potuit inesse animo per inconsiderantiam sine errore præuio.

III. DE PECCATO ORIGINATO SEV TRADUCE

QVÆSTIO XIV.

An sit peccatum aliquod Originale?

HVLDRICVS ZVINGLIVS, patre suo Luthero iunior septennio, in Comment. ad Rom. 5. In quo omnes peccauerunt, sc. non proprie peccatum, ait, sed Effectum peccati, id est, morbum seu defectum: qui tamen per se culpabilis non est, ait lib. de bapr. tract. 3. nec damnationis penam inferre potest. Ibid. Peccatum originale non est peccatum, nisi metonymicè; Sed morbus: id est, conditio, misera quidem illa, at multò lenior, quàm crimen meruerat. Infra: Ista ad peccandum amore sui propensio est peccatum originale, non proprie peccatum, sed fons quidam & ingenium sc. actualium peccatorum. Bullingerus, Bucerus, Gualt. excusant istum, quod originale distinguat ab actuali, & non neget esse peccatum orig: sed esse *Actionem sceleratam* dicat, Sic & Anabaptistæ.

ERASMVS Comment. in Rom. 5. in quo omnes peccauerunt, sc. imitatione, non propagatione, negat expresse originale esse peccatum: In secunda editione: obiecto ei Pelagianismo, fatetur se pecc. orig. agnoscere; at de modo Imitationis, seu Generationis silet.

Ergo tria asserit Zvinglius de pecc. Originali.

1. Esse morbum, sc. Concupiscentiam;

2. Hunc metonymicè esse peccatum: Rõ: Sed contra Lutheranos & Calu. qui volunt esse proprie peccatum.

3. Peccatum originale esse metonymicè peccatum.

LYTHERANI coguntur idem asserere. Quia peccatum originale est doni supernaturalis priuatio, quod superadditum fuit homini; & habitualis à Deo auersio: ac hoc donum negant fuisse superadditum homini: ergo & negare debent pecc. orig. esse proprie peccatum.

SVADENT ZVINGLIANI istis cum Pelagio.

1. Ezech. 18. *Filius non portabit iniquitatem patris.*

2. Rom. 5. *Per vnus inobedientiam peccatum constituti sunt MULTI;* non omnes. Ergo Imitatione actuali multi; nam si Generationem iam Omnes constituerentur.

3. Ibid. *Per vnum hominem;* imitatione: per duos generatione; peccatum intravit in mundum.

4. 2. Cor. 4. *Omnes manifestari oportet;* recipiat vnusquisque propria corporis, prout est.

5. Rom. 5. *Vbi non est lex;* sc. cognita, illi non est præuicatio: at non est cognitio legis infantibus: ergo nec pecc. orig.

6. Rom. 7. *Absque lege peccatum mortuum erat;* Ego autem sine lege viuēbam quando.

RATIO 1. Christi iustitia non creditibus nil prodest: ergo Adæ peccatum illi obest non peccantibus.

2. Deus remittit pecc. propria: ergo non imputat aliena,

3. Ratio peccati est esse voluntarium, at nil voluntarium inest infantibus.

4. *Julianus.* Non peccat natus, non generator, non creator. Ergo nemo.

5. Quia gignit, sæpè est à p. or. ablarus.

6. Si p. o. trahitur generatione; foret naturale vitium. Hoc absurdum est: ergo non est peccatum.

7. Si nascuntur homines potestati Satanae subiecti: ergo Sathan eorum est conditor.

AVTOR

AYTOR. Est propriè dictum, peccatum originale:

1. Teste S. Scriptura in *Antichristo* p. 4. q. 11.

2. Testibus S. Patribus contra Pelagianos, etiam ante hos coortos existentibus inde ab Sancto Dionysio.

3. Conc. plura damnarunt illum Pelagianismum: vt Palæstinum, anno 198. Mileuitanum anno 402, &c. *Bellar. l. 4. ca. 6.*

4. RATIO. I. Quia iubet Apostolica Traditio, teste S. Diony. Orig. &c. infantes, de vita periclitantes, esse protinus baptizandos: Nec id Pelagius, Zvinglius, Erasmus &c. negarunt. Atq; ad remissionem peccati id fit. *Aët. 12. Ablue peccata tua &c. Eph. 5. Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ.* Nisi enim Ioan. 3. *quis renatus fuerit. &c.*

2. Quia Exorcismus in primitiua Ecclesia fuit vsitatus: vt argumentatur S. Aug. l. 6, contra Iulianum, c. 3. *Id tu commemorare timuisti; tanquã ipse à toto orbe exsufflandus esses, si huic exsufflationi; (quã Princeps mundi à paruulis egypticis) contradicere voluisses.*

3. Quia Circumcisio fuit remedium contra peccatum orig. testibus S. Patribus.

4. Quia mors est pœna peccatoribus; at moriuntur & infantes nil voluntate peccantes.

5. Christus mortuus est pro omnibus: ergo & pro infantibus, &c. *Bellar. cap. 7.*

DICTO AD I. ex S. Aug. l. 6. contra Iuli. c. 12. *Non portabit*, quia per Regenerationem abluetur; iuxta Ieremiam

31. *Item nec actuale p. patris portabit; nisi imitetur.*

AD II. S. Aug. *ibid. Multi*, id est, omnes Adamigenæ; quia verè *multi*. vt Gen. 17. *Pater multarum gentium; & cap. 22. In sem. tuo benedicentur omnes gentes.*

AD III. *Autor Hypognostici l. 2. Vir & mulier non sunt duo, sed vna caro.* Vnde Eccl. 24. *A muliere initium peccatis; & per illam omnes morimur.*

AD IV. *Aug. ibid.* Si infantes non sint in iudicio manifestandi; nil ad eos hoc dictum attinet: Si sint manifestandi; hanc regenerati recipient *propria corporis glorificati; prout gesserunt in Communione sanctorum, licet non per seipsos.*

AD V. Multi legem ignorantes verè tamen peccant in eam: inde peccata ignorantia. Nam Rom. 2. *Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt.*

AD VI. *Ab sine lege peccatum*, non erat Nullū, sed non cognitum pro peccato; extitit tamen: Rom. 5. *Vsque ad Legem peccatum erat in mundo Non autem imputabatur, cum lex non esset.* Ante Moysen *viuebant sine lege*, in naturæ statu: *At ubi lex aduenit, peccatum reuixit.* id est cognosci cœpit.

AD RATIONEM. I. *Aug. l. 3. de peccat. & remis. c. 2.* Christi iustitia prodest credentibus suã, aut alienã voluntate: sic & Adæ pec. obest infantibus alienã voluntate lapsis.

AD II. *Aug. ibid. c. 8.* Deus remittit peccata propria baptizatis; nõ baptizatis imputat alienum.

AD III. In peccato insunt duo: Actio mala, & Reatus; illa voluntaria esse debet, non hic; Reatus igitur in-

est infantibus absque voluntario proprio.

AD IV. Aug. l. 2. de nupt. c. 28. *Quid quæris latentem rimam, cum habeas apertissimam ianuam? Per unum hominem peccatum intrauit. Ibid c. 26. voluntarium peccatum primi hominis est originalis causa peccati.*

AD V. Aug. l. 2. de nupt. c. 25. 26. 27. baptizatus generat ut homo, non ut baptizatus. Item generat sibi similem in specie, non in individuo: unde pater communicat filio communia naturæ, non individui.

AD VI. Pecc. orig. eatenus est naturale, quod *simus natura filij iræ*: id est, à natiuitate; seu ex conditione materiæ nostræ.

AD VII. Sathan non conditor, sed corruptor naturæ est bonæ. Porro ob argumenta Sectariorum de Traduce p. or. paucis quædam de Anima sunt præmittenda.

QVÆSTIO XV.

Qualis Origo sit anima humana?

Opiniones quinque reiiciendæ; tenenda est sexta. Ad eò verò hinc cognoscitur verum illud Tertulliani lib. contra Hermog. *Philosophi, hæreticorum Patriarchæ censendi sunt.*

I. STOICISMVM hunc; *Animas esse particulas substantia Dei; vertentur Gnostici, Manichæi, & Priscillianistæ in hæresin.*

II. PLATONISMVM hunc: *Animas hominum à Deo creatas cum Angelis, per fastidium celestium, & amorem terrestrium, desubatas in carceres corporum: i hæresin vertit Origenes. De his duobus prolixè in Genealog. p. 4. q. 6.*

III. RABINISMVM hunc Hebræorum quidam olim tenuerunt: *Animas cum Angelis omnes creatas esse; quod Deus nil creavit post diem septimum: nò*

quod peccarint in cælo, luanque iam in corpore detrusæ.

SVADENT istis. I. Deus Gen. 1. hominem creavit die sexto ad imag. & similit. suam, q. æ est in anima: Deinde, Gen. 2. die septimo formavit hominem de limo, quoad corpus. Cum autem pars spiritus omnium animarum, parque corporum: plures creatæ fue. int. omnes animæ die sexto; corpora septimo.

2. Absurdum videtur aliquid produci post absolutam creationem septimi diei.

AVTOR. Istam opinionem vocat S. Hieronymus stultam apud S. Aug. epist. 27. Eam S. Tho. 1. q. 118. a. 3. sicut refutat. Anima, ut pars, est natura imperfecta; ac proinde naturaliter appetit coniungi cum sua materia. At absurdum à Deo factum opus imperfectum, altero die id perfecisse. Est autem imperfecta; quia alioquin forma non foret: nec naturaliter iungeretur corpori, sed violenter in corpore merneret: Inque pœnam è cælo demitteretur in corpus.

DICO AD I. Utrobique narratur productio hominis totius, sed hic brevius, isthic prolixius. Nam Gen. 1. Creato masculo & foemina dixit: *Crescite, & multiplicamini.*

AD II. S. Aug. epist. 28. dicit: Deum die septimo cessasse ab opere creationis, & continuo cœpisse opus gubernationis, & operum multiplicationis, in sua quodque specie: Sic & animas multiplicari ex vna eiusdem speciei, in quæ omnes erant virtute, non actu, voluit: qua eadem voluntate animas singulas hodieque creat corporique disposito infundit.

IV. LYCIFERIANORVM errorem: *Animas gigni parentibus, ut corpora: vide in Genealog. p. 4. q. 6.*

V. S. AVGVSTINVS passim, cum pluri- bus, censuit, Latere originem animarum; nec temerè id definiendum.

AVTOR. Animæ singulæ tunc creantur.

creantur ex nihilo, cum infunduntur corpori sat præparato.

1. Sic Communis S. Patrum; (excepto S. Aug. & Greg. Nysseno:) apud *Bellar. l. 4. c. 11.*

2. Sic omnis Theologia scholastica.

3. Sic causa, cur S. Augustinus senserit latere originem animæ erat, quod nusquam sciret, quomodo peccatum originale possit cum noua animarum creatione defendi contra Pelagianos: At remota quæstione peccati orig. creationem animarum nouam veram esse sensit. Verè autem nec creatio animarum impedit peccati orig. traductionem, nec propagatio animarum ex anima Adæ iuuat propagationem peccati orig. vt protinus liquebit.

QVÆSTIO XVI.

Quomodo deriuatur ad nos peccatum Originis?

I. TERTULLIANVS, Propagari ait pec. originale, quod tam anima, quam corpus sit ex traduce, seu animâ patris.

AUTOR. Error est iste. 1. Quia sic carnis vitium inficeret animam, & corpus ageret in spiritum.

2. Labes carnis non est peccatum antè, quàm accesserit anima; cui propriè inest peccatum, indeque transit vis in corpus.

II. MAGISTER, Gandauen. &c. Animam volunt creati à Deo; carnem inquinatam traduci, & inquinare, ob libidinis ardorem, ex qua p. o. traducitur; Sicque morbidam qualitatem corporis redundare in animam.

III. HALENSIS, Bonauent. volunt Animam à carne inquinari; non quod carni p. o.

inhæreat; sed quod caro, iustitia originali carens, rebellet spiritui, trahens animam deorsum, ac distorquens.

AUTOR. Contra hoc militant ista.

1. Quia Infantes ante vsu rationis non habent rebellionem carnis, nisi in potentia; ergo nec haberent pec. orig. quod falsum.

2. Homo in puris naturalibus eam pateretur rebellionem; nec tamè haberet pec. orig.

3. Si Deus tolleret omnem fomitem; homo tamen contraheret pecc. orig.

4. Spiritus carni vel resistit; tunc non peccat: vel non resistit; tunc peccat actualiter non originaliter.

IV. SENTENTIA igitur VERA est *D. Tho. 1. 2. q. 81. a. 1. & plerumque.*

I. Ad traductionem peccati orig. tantum requiri; vt homo per veram generationem ab Adamo descendat: Roman. 5. *In quo omnes peccauerunt; vt in cuius lumbis omnes fuerunt.* Medium itaque, quo pec. or. traducitur, est Generatio, quæ per seminales rationem patris, tanquam principalis Agentis, procuratur. Sic *Conc. Trid. sess 6 c 3.*

II. Non tamen anima ex sua creatione maculatur; sic n. Deus peccati foret autor: Inquinatur autem ex infusione sui in corpus, respectu corporis; non infundentis. Quia creatio est solius Dei simpliciter: infusio autem est & Infundentis Dei, & Recipientis corporis simul.

OBICIUNT Pelagiani: 1. Peccat. orig. sedem habet in anima, non in carne; sed anima non trahitur ex Adamo: ergo nec peccatum originale.

2. *Julian.* Non peccat natus, non gignens, non creans: ergo non est peccatum originale.

3. Si per generationem pecc. or. deriuetur; hæc erit causa peccati; ac proinde malum erit matrimonium.

4. Si per generationem sit p. or. ergo vitium erit naturale; & vel tribuendum Autori naturæ; vel non dicendum peccatum.

DICO AD I. Compositum trahitur ex Adamo, & natura humana, cui inest pec. or. Vnde gignens producit p. or. per accidens, ratione generationis; non per se.

AD II. Rom. 5. *Per unum hominem peccatum intrauit: in quo, ut capite, & specie generis humani, omnes Peccauerunt, peccato cum Natura pertransiente.*

AD III. Homo per accidens, non per se, nascitur cum pec. or. Nam hoc accidit naturæ, quæ matrimonio propagatur aliunde corrupta: fuisset n. etiam in statu innocentie matrimonium.

AD IV. Naturale dicitur quid bifariam:

1. Essentialiter, quod vel pars est essentia, vel immediatè ex hac fluit.

2. Accidentaliter adueniens: Hoc; non priore modo, peccatum originale est animæ naturale vitium, tribuendumque capiti hominum Adamo, non Deo.

QVÆSTIO XVII.

An omnes homines concipiantur in peccato originali Ordinarie?

I. LUTHERANI plerique volunt, pec. originale tam in corpore toto, quam animæ inesse; vt à plan-

ta pedis vsque ad verticem non sit sanitas in eo. *KEMNITIVS p. 2. Exam. ad Trid. sess. 5.* vult etiam embryonem informem, ac inorganizatum, tenent pec. or. Itaque neminem ab eo excipiunt.

II. ZVINGLIUS lib. de bapt. &c. Certum statuit, in filiis Fidelium nil de pec. or. inesse: Probabiliter de prolihus Infidelium censet eundem: Quin, absolutè negat esse peccatum originale.

III. CALVINUS *Inst. 4. c. 16. §. 24. 25.* Et in *Artidoro ad sess. 6. c. 5.* asserit, Fidelium Prohiberi non imputari pec. or. Quin sanctas esse ante baptismum, membraque Ecclesie. Sic & *Bucerus, Martyr, Bulling. &c.*

SVADENT isto fundamento: Gen. 1. *Stetit tuam pactum meum inter me, & te, & semen tuum post te, in generationibus tuis sœdere sempiternis: Et sim Deus tuus, & semini tui post te.* Plura patet de bapt.

2. Cal. 1. *Cor. 7.* Filii fidelium sunt sancti: ergo.

3. Pecc. orig. in parentibus est deletum per baptismum, seu potius fidem: ergo quod non habent, non dant.

AUTOR. I. Pec. or. non inest corpori per se. Quia *D. Th. 1. 2. q. 83. a. 1.* caro non est capax culpæ, cum nullo modo pollet voluntate; culpa autem esse voluntaria debet voluntate propria, vel aliena.

2. Est autem pec. orig. in Semine, vt in causa instrumentali: Quia per virtutem seminis actiuam & dispositiuam peccatum originale cum natura traducitur, mediante semine.

3. In Anima verò propriè, vt in subiecto, inest; vt quæ sola esse culpæ subiectum queat.

4. At an sit in Essentia animæ; vt *D. Thomæ* rectius placet: an in voluntate; vt *Scoto*; an in Apperitu sensitiuo; vt *Durando* videtur: sus de que est in præsens.

II. Omnes qui per ordinariam generationem

nerationem ex Adamo descendunt, pec. orig. contrahunt. Nisi quod B. V. Maria videtur speciali priuilegio excepta: Christus autem fuit sine patre conceptus; Vnde Christi Corpus fuit in Adamo quoad Substantiam; sed non quoad Seminalem rationem. Sic D. Tho. 3. q. 3. l. 4. I.

III. Fidelium infantes non sunt peccati orig. exortes.

1. Sic Scriptura in *Antichristo*. p. 4. q. 12.

2. Sic S. Patres omnes; vt nec vnum pro se adducere sectarii queant. S. Hieron. epist. ad Latam. *Christiani non nascuntur; sed sunt*. S. Aug. l. 2. de pec. orig. c. 40. *Regeneratus non regenerat filios carnis; sed generat; ac per hoc in eos, non quod regeneratus est, sed generatus, trajcit. Sic igitur siue reus infidelis, siue absolutus fidelis, non generat absolutos vterque, sed reos. Quomodo non solum Oleastri, sed etiam olea semina, non oleas generant, sed oleastros.*

3. Sic Conc. Mileuitanum can. 2. Siricius Papa epist. 1. c. 2. Sic vsus Ecclesie totius festinat cum paruulis ad baptismum.

Dico AD I. Ea promissio facta est Abrahamæ secundum Fidem, non Carnem, Rom. 1. 9. Gal. 3. 4. ideo fidelium proles pertinere ad fœdus illud populumque Dei incipiunt non ratione carnis, sed fidei per baptismum; quem suscipere quoddam credere est.

AD II. Dicuntur ibi filij infidelium sancti, sicut, infidelem coniugem sanctificari per fidelem, dicitur, sc. nō sanctificatione à peccatis.

AD III. S. Augustinus respondit supra, Sic ex circumciso nascitur in-

circumcisus; ex Christiano non Christianus. Sic ex non nigris rebus fit atramentum: Ex filicis & calybis tactu existit ignis, qui neutri tamen inest.

QVÆSTIO XVIII.

An Conceptio B. Mariæ fuerit affecta peccato originali

LYTHERANI duo asserunt infanda.

I. POMERANVS in Comment. c. 1. & 44. Ierem. Papis articulus est fidei, B. Virginem & sine peccato, & ex Sp. Sancto fuisse conceptam.

II. ILLYRICVS Cent. 9. c. 10. Helhusius, Kemnitius in sess. 3. Sententiam de Immaculata B. Virginis Conceptione esse erroneam; Defendi contra verbum Dei: Non posse pro ea scripturas afferri, non Traditionem, non Patres; sed reuelationes crepari solas.

SVADENT multis. I. SCRIPTVRIS. 1. Quæ, ait Kemn. solum Christum excipiunt à peccato: vt 2. Cor. 5. *Eum qui peccatum non nouerat*. Heb. 7. *segregatus à peccatoribus*.

2. Quæ vniuersis hominibus peccatum adscribunt. Vt. Rom. 5. *In quo omnes peccauerunt*. 2. Cor. 15. *In Adam omnes moriuntur*. Eph. 2. *Erasmus naturâ filij ira*.

3. *Si vnus pro omnibus mortuus est*, 2. Cor. 5. *ergo omnes mortui sunt*; & pro omnibus mortuus est Christus. Quod si B. V. semper iusta fuit; ergo nec antè, quàm esset in rerum natura, nec postea, fuit peccato obnoxia.

II. S. PATRES negant fuisse Immaculatam.

1. *Manifestum est*, ait Kemnitius, quod non sentiat, Augustinus, *Mariam sine peccato conceptam fuisse*. *Alias enim non opus fuisset, conferri Ipsi gratiam ad vincendum peccatum*. Collatam verò esse docet S. August. l. de nat. & grat. c. 36.

2. Aug. l. de fide, c. 26. *Firmissimè tene*; *Omnem hom qui per concubitus concipitur, cum pec. orig. nasci*; Sic & S. Ambr. & Euseb. Emif. hom. 2. de Nat. Dom. *A peccati orig. nexu nullus immunis existit*; *Ne ipsa Genetrix Redemptoris*.

3. Aug. l. de perfect. iust. *Quisquis fuisse in hac vita aliquem hominem, vel aliquos putat*; *excepto vno Mediatore Christo; quibus necessaria non fuerit remissio peccatorum; contrarius est S. Scriptura huius: Per vnum hominem pecc. &c.*

4. S. Aug. l. 5. in Iulianum, c. 9. *Per concupiscentiam Christus concipi noluit*. & c. *Maria corpus, quamuis inde venerit*; *tamen eam, concupiscentiam sc. non traiecit in Corpus, Christi sc. quod non inde concepit. Corpus Christi inde dictum esse, in similitudine*

CARNIS

carne peccati; quia Omnis alia hominum caro peccati est; quisquis negat. Ecce detestandus hæreticus inuenitur.

5. S. Bern. epist. 17. ad Lugd. Can. & S. Anselmus docent B. V. conceptam in pec. orig.

III. Ex RATIONE. 1. Si B. V. non fuit captiua; ergo nec verè redempta fuit.

2. Christus mortuus est pro omnibus peccatoribus, non pro iustis.

3. B. V. omnes humanas pertulit ærumas, ac mortem; at hæc sunt stipendia peccati.

4. Gloriæ Christi derogat, si priuilegium immaculatæ conceptionis alteri tribuatur.

IV. MENDACIA Kemnitiana sunt: 1. pag 520. Tempore Lombardi ignota fuit opinio de Immac. Concept. B. V.

2. Lombardus ex S. Augustino disputare cœpit: B. Virginem in conceptione Christi liberatam ab omni peccato, & fomite etiam.

3. Posterius eius excogitarunt sanctificationem in utero, & sanctam Natiu. Virginis.

4. Inde è contra est nata opinio de Immacul. Concept. Virgin.

5. Demum Conc. Trid. in append. de concept. 1. Virg. vt & Sixtus IV. liberum fecit opinari extra, præter, & contra Dei verbum.

AUTOR. De hoc duo: Certa, & Probabilia. Certa sunt quatuor: 1. B. Mariam in utero sanctificatam fuisse.

2. In Adamo aliquatenus peccasse.

3. Ante Animationem non fuisse sanctificatam.

4. Non esse de fide Immaculatam conceptionem. Probabile vnum; de Immaculata conceptione. Atque hæc contra hæreticos differemus.

I. B. Virgo, nondum nata, fuit in utero sanctificata.

1. Quia credendum, Deiparæ maiora data priuilegia, quàm cuiquam Sanctorum: at Ieremias cap. 1. Baptista, Luc. 1. sanctificati in utero fuerunt.

2. Quia festa instituit Ecclesia non nisi Sanctis: at B. Mariæ Natiuitati festum indixit: *dist. 3. de Concep. c. 1.*

3. Sic & S. Patres apud *Canisium l. 1. Mariæ, c. 5.* Itaque id negare, prorsus

erroneum est: Catharinus vult esse hæreticum: Malè: quia non est aperte definitum. Neque tantum est probabile ac pium; vt Caietano visum; Sed verum ac certum.

II. Deipara peccauit in Adam; & ex vi conceptionis suæ fuit obnoxia pec. orig. siue; habuit debitum id contrahendi; nisi gratiâ Dei fuerit impeditum.

Est contra Catharinum & Galatinum l. 7. c. 10. qui ideo negant: Quod ad pec. orig. constituendum duorum querant: Contentum fuisse in carne Adæ: Et in Pacto Dei cum Adam; At B. Mariam potentiâ fuisse in Adami Carne; sed non in Pacto Dei.

Sed probatur 1. Rom. 1. *Omnis Adam peccauerunt.*

2. Quia cæteroquin B. V. non fuisset redempta à Christo, pro Omnibus mortuo. Mat. 1. *Ipse saluum faciet populum suum.* Ioan. 1. *Agnus Dei qui tollis peccatum Mundi;* 1. Cor. 15. *Sicut in Adam omnes moriuntur; ita & in Christo uiuificabuntur.*

3. Alioquin non contraxisset penalitates mortalium.

4. Tota ratio contrahendi pec. orig. est generatio per seminalem modum; at talis fuit Beatæ Mariæ generatio à Ioachim & Anna.

5. Potest dici quis conceptus in pec. orig. etiam cum est embrio in foetibus & inanimatus; licet pec. orig. propriè non existat nisi in anima rationali; quia tamè reuera tunc incipit homo existere quoad partem vnâ, sc. corpus quod ex natura corrupta trahitur; tum; dici corrupta potest; vt ei ex vi generationis debeat nasci inde peccato.

catores hominem, ubi primum fuerit animatus. Idem erat debitum S. Mariæ: Sed Priuilegium exceptionis occurrit.

III. Ante Animationem B. V. nec Formaliter, nec Radicaliter potuit Sanctificari. *Non formaliter*, sc. per formalis sanctitatis infusionem; quia huic subiectum est persona, homo, anima rationalis. *Non radicaliter*, sc. in parentibus, vel semine, ita disponendo statum, ut non posset esse organum, per quod pec. orig. transfunderetur: Quia in semine nulla inest qualitas, qua intelligi possit semen mundari, & prolem in eo, seu radice, sanctificari. Nam, supposito Adæ lapsu: conceptio naturalis semper est inefficax, ut ex vi illius gratia inducatur. 2. Quia decretum diuinum est immutabile; Sed illud erat; ut, Adam peccate, omnes posterius conciperentur inimici Dei: Cui decreto repugnat, ut quis, sub eo contentus, sine pec. or. concipiatur. 3. Adhæc, B. V. fuit obnoxia peccato orig. Ergo vel minimum in primo conceptionis instante fuit obnoxia: Nam antè id habere non potuit debitum orig. pecc. Quare, (posito quod in Adam peccarit; ut ponere necesse est) non potuit in primo conceptionis instante gratiam habere: hoc enim repugnat isti, esse obnoxiam orig. peccato; licet etiam solum in alio, sc. Adamo: qualis enim Homo præfuit in Adæ; talis est etiam in se primo suæ conceptionis puncto, quo esse Homo incipit.

NOTANDVM. Peccatum Adæ communicatur cum posteris trifariam.

I. Peccarunt in Adam, cum hic præceptum transiret. Ast, ut tunc nõ in se actu, sed in Adamo potentia subsistebant; ita in eo peccarunt potentia, non in se actu.

II. Peccant in priore *conceptione seminali* inanimata, ante conformationem & animationem fœtus, ratione vniuersus partis, ex naturâ corruptâ vitiatâ.

III. Peccant in altera *conceptione Rationali*, seu in Animatione; in qua propriè homines esse incipiunt.

I. Modo, B. Mariam in Adamo peccasse Quidam negant: Quod ab ea lege vetiti elus, sola Deipara fuerit excepta: ac proinde gustarit quidem cum Adamo pomum; sed non peccarit contra prohibitionem, & exempta ab illa. At Bellarmino hæc sententia non admodum tuta videtur. Quia omnibus conuenit, Deiparam esse redemptam; *Christus enim pro omnibus mortuus est*, 2. Cor. 5. sine exceptione: at B. V. Si nec actu nec potentia; nec in se, nec in Adamo peccauit, quomodo redempta dici potest?

II. Modo, B. V. non fuit libera ab orig. pec. quia per seminalem rationem, ut omnes, concepta fuit: ut supra docuimus.

III. Modo, putatur in primo creationis sui puncto, Deipara præseruata ab orig. pec. fuisse: Et hoc solo Diua differt à cæteris, Ierem. ac Baptista sanctificatis. De hoc quæstione sequente.

DICO AD POMERANVM, eum mētiri. Nam Sixtus V. in Constit. *Græuenimis*; de reliquiis; dicit nondum esse quæstionem de Conceptione B. V. definitam: & excommunicat dam-

d nantes

nantes alterutram sententiam hæreticos. Sic & *Concil. Trid. sess. 5.* Et Pius V. in *Constit. edita* de super. Conc. Basiliense quidem definiuit Immaculatam conceptionem; Sed Papa id non approbavit.

I. DICO AD SCRIPTURAS, I. Rectè eas docere Christum solum or. peccati expertè; vt qui nec in se, nec in Adamo peccauit: vt pote conceptus solus ex Sp. Sancto, absque virili semine. Deipara verò caruit pec. orig. ex priuilegio gratiæ; non vi generationis humanæ.

AD II. Deipara peccauit in Adam, & mortua fuit in eodem; fuitque naturâ filia iræ: Sed gratiâ semper filia misericordiæ.

AD III. Vt mortua in aliquo fuit Deipara, sc. ex vi generationis; ita & in eodem Christus pro ipsâ viuificanda mortuus est. Tribus autem temporibus obnoxia morti fuit:

1. Dum in lumbis Adæ, maiorumque suorum fuit.

2. In vtero matris concepta primum materialiter ex parte.

3. In primo instanti Animationis, vbi ordine naturæ prius est subiectum, quàm accidentia; prius persona, quàm peccatum, aut iustitia inherens.

II. DICO AD S. Patres. I. Gratiâ opus ei fuit ad præseruationem à peccor. & actuali.

AD II. III. IV. patet ex dictis.

AD V. Sanctus Bernardus docet, quæ sunt contra Kemnitium.

1. Beatam Mariam antè fuisse sanctam, quàm natam.

2. Fuisse omnis pec. actualis exortem.

3. Suam pro Sanctificatione sententiam submittit Rom. Ecclesiæ.

4. Conceptam dicit in pec. or. subaudi, Conceptione priore seminali; non altera Animationis.

5. Sanctificatam; subaudi in infusione animæ; non post eam. Sic & S. Anselmus est intelligendus.

III. DICO AD Rationes; Ex dictis sat liquet responsio.

AD IV. Redempta fuit Anima præseruata; non Caro. ideo hæc arum nosa permanfit, &c.

IV. DICO AD Mendacia Kemnitii. I. S. Bern. & S. Anselmus diu antè Lombardum id docuerunt.

AD II. Ex iisdem, vt ex S. Augustino liquet iam olim hanc viginti quæstionem.

AD III. At Sanctificationis iisdem patet antiquitas altior.

AD IV. At S. Bern. epist. 174. scribit contra Immaculatam conceptionem.

AD V. Libertas opinandi alterutrum relicta est eò, quòd neutrum S. Scripturæ repugnaret.

QVÆSTIO XIX.

An B. Maria Animatio fuerit Immaculata, an Sanctificata?

LUTHERANI, vt quæst. præcedente liquet, multo discernunt Marianam conceptionem ab omnium nostra. Apage profanum vulgus.

AUTOR. Quæstio hæc Moralis est, & ingenii, & exercitii; non Fidei, inter Orthodoxos. Nihil adhuc definiti- uijt Ecclesiæ: Festum Conceptionis infir-

instituentem declarauit solum, magis videri piam conceptionem Immaculatam.

2. Afferens tamen alterutram sententiam esse falsam, peccat lethaliter; estque excommunicatus, vt temerarius: *Extrauag. Graue nimis*. Innouauit hoc decretum Conc. Trid. & Bulla Pij V.

3. Concionatoribus interdictum est sub pœna excommunicationis coram populo, vt incapace, de hoc disputare pro suggestu, cū alterutrius refutatione: solum referre quid obiter permissum fuit.

4. Nunc ea permissio ad Immaculatam Conceptionem solam est restricta: Non obstante, quod *Antiquior ac prior* priscorum Scholasticorum, cum S. Patribus, sibi constiterit sententia de Sanctificatione: & *Recentior*, post Scorum, cœperit inualescere de Immaculatione.

5. Vtraque ducitur Scripturis, S. Patribus, Ecclesiæ Consensu, & Rationibus: *Prior* insuper Antiquitate; Sed solam intra Probabilitatem; extra Euidentiam.

6. Vtrimque præcisè solum quaeritur de primo Animationis Marianæ puncto; *Fueritne Priuilegiatum, necne?*

7. PRIVILEGIATIO nulla vtrinque agnoscitur feminalis, seu actualis; in via & serie generationis inde ad Adam descendente, vsque ad primum Instans negatiuū Animationis B. Mariæ: Primum positiuum autem infusionis animæ in corpus sub dispositionis Vltimum quod sic, censetur æterno præseruationis à pec. orig. id est,

Immaculationis; aut Sanctificationis, priuilegio gaudere.

IMMACVLATIO propriè dicitur priuilegiata; non Sanctificatio: Doceaturque istis.

1. Scripturis probabiliter, i. Adam, 1. Cor. 15. *Forma fuit futuri Christi*: Sed ex terra nondum maledicta formatus fuit; ergo & Christum decuit ex matre Nunquam, an Non, maledicta formari. S. Andrea Apostoli hæc vox fertur: *Sicut de terra immaculata factus fuerat homo primus; ita necesse erat, vt de Immaculata (ex priuilegio, aut Sanctificatione) Virgine Christus nasceretur.*

2. Eua fuit immaculatè formata: at S. Patribus est figura Mariæ: ergo & hæc decebat immaculatâ animâ informari: An & debuit? Vnde patet debita præseruatio?

3. Cant. 2. *Sicut liliū inter spinas; sic Amica mea inter filias*. Cant. 4. *Tota pulchra es Amica mea; & macula non est in te &c. Hortus conclusus, fons signatus*. Hæc de Deipara; at sic, vt & de Ecclesia; exponunt S. Patres. Et hæc canit; *Nigra sum; sed formosa.*

II. SS. Patres. 1. S. Ambr. *Virgo per gratiam ab omni integra labe peccati: originalis, an actualis? per Sanctificationem, an immaculata*. S. Hier. *Deduxit eos in nube diei: Nubes ea non fuit in tenebris sed semper in luce*, B. Maria. Semper, est tempus; instans, non: ideo nec impleant.

3. S. Aug. *De V. Maria, propter honorem Domini, nullam prorsus, cum de peccatis agitur; an actualibus: nam originale est vnicum; habere volo quaestionem; Inde enim scimus, quod ei plus gratia collatum fuerit, ad Vincendum omni ex parte*

peccatum; Vtrumque? Originale, vt euaderet; actuale, ne inuaderet? *qua concipere, & parere meruit eum, quem constat Nullum habuisse peccatum.* Nota differentiam: Christus, nullum habuit: Maria vincere potuit: Hoc verò gloriosum vtrique est; illud Neceffarium; non hoc. Christus, ait idem l. 5. in Iulianum, c. 9. *Profecitò peccatum maius fecisset, si paruulus habuisset.* Sic & B. Maria, nisi Sanctificatione vicisset: at Immaculatio nō habuit, quod vinceret: Nisi fortè feminalem potentiam ad pec. orig.

4. S. Cyprianus forsan: *vas electionis, Maria, natura communicabat, non culpa.* Nec Instantaneæ: an diutius in hærenti? *Natura vitiosa?* an Priuilegiatæ?

5. Sophronius. *Maria, ab omni contagione liberata.* Quomodo per sanctificationem, an priuilegiationem?

6. S. Damasc. *Natura gratiam antevertere ausa non est.* Liquida vox, distinctionisque incapax asserit Immaculationem.

7. Idiotus ait ante annos 800. *Macula originalis non est in te.* Post animationem: At in hac *Fuit: ne* quæstio manet.

8. S. Damianus: Altiore genere ait sanctificationis Beatam Mariam fuisse mundatam; quam Ieremias & Baptista. *Mundatam, sanctificatam* ait. Cætera S. Patrum, de gratia post animationem vnus capi posse videntur.

III. Ecclesiæ Consensus in Immaculationem (vt piam ac probabilem) est mirificus, inde ab Sixto IV, in Extrau. *Cum præ excelsa & Graue,*

2. Leo X. Ordinem Immaculatae conceptionis confirmauit.

3. Conc. Basiliense Oecu. isthuc contemnit; licet Papa nullus approbavit.

4. Academiae quædam iurant in Immaculationem.

5. Festum Conceptionis dicitur vulgò Immaculatae.

6. Conc. Trid. post traditam Communem de pec. or. doctrinam, declarat *Non fuisse mentem S. Synodi B. Virginem his decretis in ludendi.*

IV. RATIO fauet, I. Quia præter uare exemptam Deus potuit: Ceterum est: Ergo & Voluit. At voluntas vnde liquet? Decretum obstat Dei Concipiendos omnes in Orig. nulli: si mandatum seruarit Adam: sint concipiendos in orig. peccato. At decretum hoc voluntatis vniuersali perstat in via generationis communis; nil tamen derogat extraordinariæ Bonitati Dei ac voluntati Particulari; huius non ademit. At hæc particularis voluntas vnde liquet: *Cum quod matum est ex carne, caro est?*

Voluit autem Deus, I. Quia honor Matris est prolis.

2. Maxima Christi & Mariæ coniunctio erat: at nulla Christi ac Bealial.

3. *Quia sapientia non habitabit in corpore subito peccatis.*

4. Deus voluit in cælis euectam supra omnes Angelos: ergo & in terris priuilegiari, præ protoplastis cum iustitia orig. creatis; sed lapsis; præque Angelis iustis, sed non lapsis. Reuelationes S. Brigittæ huc fauent probatae,

IV. DE NATURA
PEC. ORIGINALIS
ET POENA.

QVÆSTIO XX.

Peccatum Originale an sit substantia?

1. MATTH. ILLYRICVS Lutheranus finxit ista: 1. Peccatum generatim est ens transcens: speciatim pertinet ad prædicamentum substantiæ, aliaque aliò. 2. Pec. orig. est substantia; & substantialis imago diaboli: 3. Vnde anima rationalis per id substantialiter est corrupta, & ex imagine Dei in diaboli imaginè transformata, non mutata solum.

2. LVTHERVS in Genes. c. 3. *Sicut iustitia orig. fuit de essentia hominis: ita peccatum quod successit, est de essentia hominis.* Idem in Psal. 50. *Factus in utero, antequam homines esse incipimus, peccatum est. Massa, ex qua conceptus sum, tota est vitio & peccato corrupta.*

3. WIGANDVS contra Illyricum disputans ait Pec. orig. esse rem ream, & scholasticos dicentes Accidentia corrupta, non substantiam, vocat Sophistas. *Hejusus*, antagonista Illyrici, ait, substantiam per pec. orig. corruptam esse, id est, imaginem Dei veram in diaboli imaginem. Sic Lutherani plures. *Kommi in Jess. 3.* ait totam massam animæ extrinsecè corruptam esse &c. Atque iste est Manichæismus.

SYADEBAT Illyricus istis. 1. Scripturæ in describendo p. or. vtuntur verbis substantiam significantibus. Vt Gen. 8. *Figmentum cordis humani malum est ab adolese.* Rom. 6. *Vetus noster homo crucifixus est, vt destruat corpus peccati. Ibid. Non regnet peccatum in corpore. &c.*

2. Pecc. orig. est fons omnium peccatorum; quia Rom. 7. operatur in homine omnem concupiscentiam: at huius fons Cor est: Vnde Matth. 15. *De corde exeunt cogitationes mala, adulteria, &c.* Cor autem est substantia; ergo & peccatum originale.

3. Peccatum est omne quod cum lege pugnat. 1. *Ioan. 3.* at homo totus cum lege pugnat, nam *Caro concupiscit aduersus spiritum*, Gal. 5. id

est homo totus concupiscit: quia quod natum est ex carne, caro est. Ergo totus homo est peccatum, & contra.

4. Imago Dei in homine est substantia eius, non accidens: quia *Creavit Deus hominem ad imaginem suam*, quæ est substantia: Ergo & imago diaboli est substantia: At homo per peccatum amisit imaginem Dei, diabolique induit. &c.

AVTOR. Peccatum est priuatio & defectus, non substantia, aut natura aliqua.

1. Teste Scriptura in meo *Antichristo p. 4. q. 13.*

2. Teste & Symbolo Apostolico, *Credo in vnum Deum*, sc. solum substantialiter iustum: at Illyrico mentes humanæ & angelicæ, vt post lapsum sunt substantialiter iniustæ, seu diaboli: ita ante lapsum erant substantialiter iustæ: ergo tot antè erant Dii, quot menses iustæ; proinde non vnus Deus. Item, *Credo vnum Creatorem*: at si peccatum transformet mentes in diabolos; ergo multi sunt creatores transformantes substantialiter. At hic Manichæismus est. Item *Incarnatus est de Sp. S. Anima humana si est peccatum, tunc Christus vnuit sibi peccatum, dum Humanitatem assumpsit.* Item, *Resurrectio est eius, quod cecidit; sed substantia hominis cecidit; ergo si hæc tota sit peccatum, peccatum quoque resurget: quod absurdum & impium.*

3. S. Patres reclamant apud *Bell. l. 5. c. 2.* damnantque Manichæum dicentem *Malum esse substantiam.*

4. Ratio reclamat multiplex. Si enim peccatum corrumpit animam, ergo hæc foret corruptibilis; Ergo alius

substantialiter Adam fuisset post lapsum, quam ante fuerat. &c.

DICO AD I. Scriptura figuratè loquitur, cum de peccato verbis substantiam significantibus utitur; sic Cor est cogitatio cordis; *vetus homo* est vita *vetus*; *corpus peccati* est congeries peccatorum; &c.

AD II. Fac ista ita esse; non sunt tamen: nihilominus non sequitur, peccatum orig. aut concupiscentiam esse substantiam, seu fontem omnis peccati.

AD III. Kemnitio insolubile. At pugnans cum lege Actio est accidens, non substantia; & accidens priuatiuum, non positium, id est carentia rectitudinis. Et actio non est homo agens: quare nec peccatum est homo peccans.

AD IV. Imago Dei est natura animæ; & ea non est amissa per peccatum, aut transformata, ut Origenes errauit: teste *Epiph. her. 6. 4.* proinde nec peccatores gerunt naturam diaboli.

QVÆSTIO XXI.

*An peccatum Originale sit
Actuale?*

LUTHERANI multi aiunt, nilque distinguunt: ut *Lutherus in Assert. art. 3.* Impossibile ait, ut fomes sit absque actuali peccato. *Ibid Originale peccatum, ut omnia peccata, ita & incredulitas est.* Art. 2. Fomes, seu Concupiscentia est peccatum orig. In Gen. 2. *Pec. orig. est incredulitas, desperatio, &c.* Ideo fomes est verè peccatum actuale.

Melanch. in Locis anni 1522. *Pec. orig. natua propensio, & genialis impetus & energia, qua ad peccandum trahimur, propagata ab Adam &c. Scriptura non vocat hoc orig. hoc actuale: Est enim & orig. pec. plane actualis quadam cupiditas.*

Kemnitius ad Iess. 5. pag. 456. Similiter primum mentis in vtero motum esse rem malam; ut & deliberatus.

AVTOR. Pec. originale non est actuale: Nec infantes concepti vel nati vsum habent mentis seu bonum, seu malum; neq; vel primos motus. Quia S. Aug. l. 1. de pecc. merito. c. 35. ridet Pelagianos quosdam, id fabulantes actualia esse peccata: ut contrarium Scripturæ, Rom. 9. *Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali.* sc. Iacob & Esau. Deut. 1. *Fily, qui ignorant distantiam boni & mali.*

Sed variant ideo, dicuntq;: p. o. actuale, i. actualis priuatio seu defectus, que debet adesse, sc. iustitiæ or. i. & actualis positio infirmitatis, & aliorum afflictuum, que deesse debent. Rectè hoc; malè istud, *Pec. orig. est actuale.*

QVÆSTIO XXII.

*An relicta ex pec. orig. Vulnera sint ipsi
Originale peccatum, ac damnum
nisi Deus ea non im-
putet?*

LUTHERANI, itemque CALVINIANI communiter affirmant. Lutherus in assert. art. 2. Melanch. in Locis. Concupiscentiam naturâ suâ esse reatum ait. Sic & Kemnitius. cæterique cõmuniter.

CALVINVS, Inst. 2. c. 1. §. 8. Sic definit pec. or. *Hereditaria natura nostra prauitas & corruptio, qua primum facit reos in a. Dei; tum etiam opera in nobis profert, qua Scriptura vocat opera*

carnis: (Non omnino malè:) Atq; id est propriè, quod à Paulo sapius peccatum nominatur. i. Rom. 6. 7. scilicet concupiscentia. Malè, hæreticè Paulum interpretatur. Sic & Martyr in Rom. 5. ait pec. or. esse priuationem rectitudinis & potentiarum; dein & positiuam propensionem ad malum. Si quæras, An sit peccatum, quod manet in Regeneratis? Respondemus Esse.

SVADENT. istis. i. Rom. 6. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, quasi dicat semper est in eo, licet non semper regnet. ad obediendum concupiscentiis vestris. Item Rom. 7. Peccatum non cognoui, nisi per legem: Nam Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Item Rom. 7. Lex spiritalis est; ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. &c. Quod odi, facio; & mente seruis legi Dei: Item Rom. 7. si, quod nolo, facio; consentio legi, quia bona est: ergo motus etiam inuoluntarii sunt peccatum. 2. Gen. 6. 8. Cuncta cogitatio cordis humani intenta est ad malum omni tempore. Psal. 18. Delicta quis intelligit: Ierem. 17. Præuam est cor hominis. &c.

3. Rationes; Deus Concupiscentiam in baptizatis odit. Rom. 7. Quod odij facio. 4. Christus, Heb. 4. Per omnia tentatus, absque peccato: nam Concupiscentiam carnis non assumpsit. 5. Martyr. Omne, quod non est cõforme legi diuinæ, peccatum est: talis est humanæ deprauatio naturæ. &c. Porro calumnias vide in Antipap. Mend. p. 4. q. 1.

AUTOR. Concupiscentia, vt est in se, non potest vllam habere peccati rationem; non solum quia non imputatur; sed etiam quia imputari non potest.

1. Quia defectus integræ naturæ nõ tollitur per baptismum: at peccatum tollitur. Exo. 34. Qui auferit iniquitates & peccata. Pl. 50. Dele iniquitatem meam. Isa. 27. Dimittetur iniquitas Iacob, vt auferatur peccatum eius. &c. Vide in Antichristo. p. 4. q. 13.

2. Quia peccatum propriè est de-

fectus perfectionis hic necessariæ, vt à morte statim incatur beatitudo: Est enim defectus à lege Dei præscriptæ perfectionis in ordine ad beatitudinẽ: At talis non est integræ naturæ defectus; alioquin nullus omnino posset à morte continuo saluari, & malè cupisset Paulus, Phil. 2. Cupio dissolui, & esse cum Christo.

3. Quia Iac. 1. Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: ergo ipsa in se nõ est peccatum; sed parit per motum Suggestionis, Delectationis, & Consensus; Peccatum verò cum consummatum fuerit, generat mortem.

Caluinus ait: parit peccatum, scilicet operis actuale: Consummatum, id est, totius vitæ cursu completum.

At hæc noua ipsius est fictio: dicit, non docet. Iacobus autem loquitur de actu peccandi, non de vitæ cursu continuato. Ita S. Patres. &c.

4. Ratio persuadet. 1. Quia concupiscentia est affectus & pœna peccati orig. sicut & mors. ergo nõ est ipsa p. orig. sic Aug. 1. 5. in Iulianum, c. 3. 2. Idem ibid. Si quis nasceretur non ex Adam, cum Concupiscentia, hæc non esset peccatum ex se: nil enim merè naturale est peccatum: ergo neque nunc est eadem peccatum; quia necessarium & continuum esset peccatum, idque autore Deo. Sicque foret infelicioior homo bestiis, quæ concupiscunt, & non peccant. Neque Christus nos verè, sed tantum Non imputatiue, liberasset. At Ioan. 8. Si vos Filii liberastis, verè liberi eritis.

DICO AD I. Concupiscentia in renatis, quatenus integrâ iustitiâ caret, vocatur ab Apostolo peccatum, non pro-

proprie, sed figuratè per metonymiam: quia est effectus peccati orig. & Causa peccati actualis, ad hoc inclinando.

Querit Illyricus, Quaaudacia præsumat Trid. Conc. tam impiam glossam alluere Apostolo?

DICO I. Quia sciuit peccatum esse apud Apostolum *ὁμολογῶν*. teste S. August. l. 6. in Iulianum, cap. II. & l. de nuptiis, c. 23.

2. Deinde sic explicare cogimur; alioquin ibidem sibi contradiceret Apostolus dicens Rom. 6. nos per baptismum mortuos peccato, & vivere Deo: Mortificatos legi p Corpus Christi, c. 7. &c. De concupiscentia verò contraria pronunciat.

3. Postea. Non ideo concupiscentia est peccatum, quia repugnat legi mentis: nam & Caro, Mundus, Dæmon repugnant eidem.

4. Ad hæc Id solum est formaliter peccatum quod Legi formaliter repugnat, id est in ea prohiberetur: at Concupiscentia in se non est vlla lege sic prohibita: Vnde nō dicitur; *Non sit; sed Non regnet in vobis ad obediendum concupiscentiæ eius.*

5. In hoc autē: *Non concupisces*: prohibentur non motus primi; quia non sunt in potestate nostra; vtpote merè naturales: Sed voluntarii interdiciuntur soli.

AD II. Loquitur ibi de tunc viuentibus secundum carnem tantum, deque actualibus peccatis eorum. Sicq; & alibi alij, deque pronitate ad malum innata.

AD III. Non odit vt peccatum actu; sed vt languorem ex pec. orig.

relictum: odit ergo eam meronymicè.

AD IV. Christus nec Ignorantiam assumpsit naturæ communem: ergo vt hæc non est peccatum; ita nec Concupiscentia. Solū assumpsit eas miserias, quæ ad Redemptionem conferre poterant.

AD V. De pec. in genere, verum est: At de peccato in moribus actu, restringi debet propositio ad conformitatem legis, præcipientis actus morales: Alioquin peccata naturæ erant proprie peccata, & punienda: quod absurdum. Sic & minor vera est, de lege ingenere; falsa, de lege aliquam specie quid prohibente; nam huius præuaricatio est certum peccatum actuale.

QVÆSTIO XXIII.

Quid & Quale sit peccatum Originale?

LUTHERO-CALVINISTÆ duobus rursus.

1. Ipsam Concupiscentiam, per se solam nulla superaddita morbida qualitate.

2. Idque etiam post acceptum Baptismum esse ipsum peccatum originale. Sed breuiter, fatque refutati sunt supra.

AUTOR. I. Pec. Or. non est Morbida Qualitas; quæ peccantis Ad carnem infecisset, ac per generationem transfusa generet spiritalem inanimam. Qualitatem morbida, qua voluntas inclinatur ad concupiscenda Sensibilia contra rationem. Hæcque in Sensualitate residetem dici *Melanch. in carne habitans*, Rom. 7. Non est ita, licet

licet afferat Magister in 2. sentent. de Gandauo, Driedo. &c.

RATIO. Quia si esset Positiua Qualitas haberet & causam positiuam.

1. Deum? At foret autor peccati, vel tentationis: contra *Iac. 1.*

2. Demonem? At hic nil potest in anima producere; sed solum in rebus corporeis.

3. Serpentem? At hic afflare nequit Spiritale qualitatem corporalis; & solum cum Eua, non cum Adamo, locutus est.

4. Hominem? At hic, vt possit in sese per actum peccandi efficere dispositionem ad similem actum; non potest tamen producere Qualitatem perpetuò hærentem, adque mala inclinantem.

5. Pomum? At hoc naturâ suâ bonum erat; licet prohibitum. Et corporale erat impotens ad spiritalem qualitatem in anima producendam. Deinde Dominium Cōcupiscentiæ non tollitur baptismo; etsi per Gratiā religeretur. Quare quid aliud erit *Concupiscentia*; vti vitium, quo proni sumus ad appetenda sensuālia contra ordinem rationis.

II. Concupiscentia non est prima transgressio Adæ: vt placet Pighio, Catherino. &c. in 2. dist. 30.

RATIO. Quia hi volunt, 1. Pec. or. esse vnum numero in omnibus.

2. In Adam realiter; in posteris imputatiuè inesse.

3. Infantes solum denominatione externa dici peccatores, ob pec. Adæ. Nam Priuationem iustitiæ, Maculam, Reatum, &c. volunt habere rationem pœnæ, non culpæ; nisi im-

propriè, velut causa capi pro effectu affolet: Sicque transfundi pec. orig. non in se, sed in pœnis.

At *Conc. Trid. sess. 5* definiuit iam, pec. or. transfundi propagatione, non Imitatione.

2. Et distinguit idem pec. orig. à pœnis; eoque Pelagianos antiquos & nouos condemnat.

3. Cuique proprium pec. orig. inesse.

4. Ac remitti in Baptismo; id est, absolute tolli totum; Non imputari solum.

III. Pec. Originale *Formaliter* ac essentialiter est priuatio Iustitiæ orig. quatenus mens Deo subiiciebatur: *Materialiter* verò & denominatiuè est Concupiscentia. Ita *D. Tho. q. 82. a. 3.* Quem ita explicant.

1. Si peccatū or. capiatur pro actione contra legem; tunc pec. orig. propriè est Adæ transgressio; quatenus Species erat generis humani. Ita verum hoc *Rom. 5. In quo omnes peccauerunt* olim aliena voluntate; quæ cum totius naturæ fuerit, etiam nostra esse censetur. Sic Patres.

2. Si pec. or. capiatur pro eo, quod in homine remanet post actionem; tunc pec. orig. propriè & formaliter est tantum *Habitualis* Auerfio humanæ naturæ in singulis, ex actu primo Adæ profecta, Nam, Vt anima cum iustitia orig. erat conuersa ad Deum; Sic illo dono priuata, dicitur auersa à Deo, & iniusta habitualiter; Et nil in anima culpæ post actum peccati remanens habere peccati rationem potest, nisi Auerfio illa & Macula; Nam reatus, (qui est dignitas odii, & indignitas

gratiæ) est effectus Auerſionis : item Reatus pœnæ; Offenſa Dei; Diſpoſitio ſeu habitus acquiſitus: item Ordo ad actum præcedentem, ſeu priuatio innocentia: Hi effectus remanent in anima poſt cauſam Auerſionem.

DICES. I. Priuatio iuſtitia: orig. eſt effectus peccati orig.; ergo eadem non eſt ipſum pec. orig.

2. Dein, iſta priuatio eſt à Deo ſpoliante hominem: at à Deo peccatum formaliter eſſe nequit.

RESPONDEO. Iuſtitia orig. erat bipartita.

1. *Mentem Deo ſubijciebat*: Sic ipſa eſt Formale ipſum in pec. or.

2. *Carnem Spiritui ſubdebat*: Sic eadem eſt Materiale in pec. or. Jam *ratione Prioris*, Priuatio iuſtitia originalis eſt ipſum peccat. original. Eſt voluntaria, nam voluntarie Adam ſe auertit à Deo: Et ſic non dicitur proprie tolli à Deo: ſed ab ipſo homine proiici & excludi. *A ratione poſterioris* ea Priuatio iuſtitia: orig. eſt Effectus peccati orig. ſeu Auerſionis: Eſtque Inuoluntarius ac pœnalis omnibus: Et dicitur proprie tolli à Deo; quia iuſta pœna à Deo eſt.

QVÆSTIO XXIV.

An POENA pecc. orig. ſit decedenti-
um abſque Baptiſmo Dam-
natio?

I. ZVINGLIUS in declarat. de pec. orig. ſignit: Fidelium paruulos, præreptos baptiſmo, ſaluari, certum eſſe: Probabile, & Infidelium. Quod vniuerſa natura humana ſit à Chriſto reparata. Sic &, quoad Fidelium proles, CALVINUS, Martyr, Bucerus; & multi. Cum Vincentio quodam per S. Aug. lib.

1. de orig. animæ cap. 9. refutatum.
II. PELAGIANI, teſte Aug. ſingebant Exclui quidem cœlis; at in terris naturali beatitudine manere. Sic & Catherinus & Pighius. &c. eos vel in terreſtri paradifo beatos allecunt. Quorum ſubiecta ſunt arg. menta.

SVADENT iſtis. I. Propter Chriſtum iuſtificantur: nam & pro illis vltimo loco deſtruitur inimica mors; neque ſub diaboli perpetuo poteſtate erunt: Quia & pro illis eiectus erit diabolus foras.

2. Quia, Dan. 12. Multi de his, qui dormiunt, euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium, vt videant ſemper. Multi, quali dicat, alij qui in neutrum euigilabunt: Hi, qui erunt niſi pueri?

3. S. Aug. ſerm. 14. de verbis Apoſtoli, assignare paruulis medium locum inter gehennam, & cœlum, hæreſin eſſe Pelagianam: Et lib. ad Renatum ait, eos ſecundum damnationem.

4. Non conuenit quicquam ſuo fraſtri fine, qui ei ſecundum naturam competit homini quâ homo conuenit quædam naturalis felicitas ſcilicet noſſe Deum & libeſtancias ſeparatas, iuxta modum naturæ: hæc debita pueris dabitur, forſan ſuper terram, vt locum homini proprium, tunc perſigatiffimam. &c.

AVTOR. Decedentes ſine baptiſmo infantes ſimpliciter ſunt damnati, perpetuoque cœleſti & naturali beatitudine carebunt.

1. Sic Scriptura in *Antichriſto* p. 4. q. 14.

2. Sic definiunt Concilia præſentia & Trid. ſeſſ. 5. Sic ſancierunt Pape plures, vt S. Syricius, S. Leo, S. Gregorius. Sic docuerunt & Sancti Patres.

3. RATIO fauet. I. Quia non baptizati ſunt captiui Sathanæ: nam Col. 1. per Chriſtum eripimur poteſtate tenebrarum: ergo talibus nulla eſt natura.

turalis beatitudo; vt qui naturaliter horrent ad Sathanam.

2. Quia Communis tenet, Locum non baptizatorum esse carcerem horridum.

3. Si vera sententia Catharini & Pighii foret, paruuli ij felicioris essent conditionis, quam si in puris naturalibus obissent; egerentque solum baptismo vt à bono ad melius, non à malo ad bonum transirent; At hæc est hæresis Pelagiana.

Dico I. Hæc ratio militat contra S. Patres & Concilia; & stat etiam pro maioribus peccatoribus æquè ac paruulis. Quia Christus 1. Tim. 2. *dedit semetipsum redemptionem pro omnibus*; Et 1. Ioan. 2. *est propitiatio pro peccatis totius mundi*: Verum ea non omnibus applicatur: Nec mors omnibus destruetur in resurrectione; nec omnes subesse diabolo desinent.

AD II. Aug. 20. Ciu. c. 23. *Multi, id est, ait, omnes; sic & Theod. Sic Rom. 5. Per vnus inobedientiam peccatores constituti sunt Multi; id est, In quo Omnes peccauerunt. Multi, id est Ioan. 5. Omnes, qui in mundo sunt, procedent qui bona fecerunt, in &c.*

AD III. Rehtë: at non est locus medius damnatis; & quidem pœnâ dampni, etsi non pœnâ sensus.

AD IV. Deus omnia dirigit in suum finem, at iustè permittit quosdam excidere sine suo. Nec ea felicitas vel naturalis est, vel debetur naturæ; nisi reparata & expiata. Neque terra noua erit habitabilis; vtpote submergenda aquis. &c.

QVÆSTIO XXV.

An decedentium sine baptismo Pœna sit ignis sensibilis?

Sicut CALVINIANI & Zvingliani eos in cœlum euehant: ita Lutherani eosdem deiiciunt in orbem. Extremis improba gaudent Liqueat ex Luthero & Melanch. dum pec orig. cum actuali confundunt: Et Heshusius inter sexcentos errores Pontificiorum e iam refert, quod damnatos doceamus sine baptismo demortuos. Sentit cum iisdem Greg. Atiminen. & Driedo; sc. damnatos esse pœna & Damni, & sensus.

SVADENT istis. 1. Matth. 3. *Paleas comburent igni inextinguibili: tales in baptizati: Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur. &c.*

2. Matth. 13. *Angeli separabunt malos de medio iustorum & mittent illos in caminum ignis. Mat. 25. Ite maledicti in ignem ater.*

3. Apoc. 20. *Beatus, qui habet partem in resur. prima: in his secunda mors non habet potestatem.*

4. *Omnes resurgent. &c. qui mala egerunt, in ignem ater. ait Symbolum Athanasii.*

5. Hic viui patiuntur pœnam sensus, famem, morbos. &c. ergo & isthic punientur pœnâ sensus acriore. Vnde post resurrectionem habebant corpora passibilia, non gloriofa: ergo semper patientur.

AVTOR. Illa sententia non est aperte quidem reprobata ab Ecclesia; in scholis tamen reiicitur.

1. Quia Apoc. 18. *Quantum se glorificauit & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum. At paruuli nil se glorificatut; ergo nec tormentum promerentur. Nec, /sa. vlt. vermis conscientia in eis vixit; ergo nec ignis vret eos.*

2. Innocentius III. l. 3. Decret. ait eos pœna dampni teneri. Sic & S. Patres, vt Greg. Nazian. Ambr. Aug. qui ait: *Pœna quæ, qualis, quanta sit, desinare non ausim*: Nec audebat de talibus pronuntiare illud: *Melius erat ei, si natus non fuisset homo ille.*

3. Ratio. Peccatum orig. tollit in homine solum Donum Supernaturale; non Naturale: ergo pœnam pec. a.

esse oportet priuationem Boni Supernaturalis, id est, carentiam visionis Dei, non pœnam sensus, quæ naturam lædat.

2. Ratio. Nemo punitur pœnâ positiva & sensibili ob culpam habitua-lem, sed ob actua-lem: atqui pec. orig. est culpa habitualis solum. ergo.

3. In Ecclesia nulli satisfactio imponitur pro pec. orig. ergo credibile, quod nec in altero sæculo pœna ei sensibilis referretur.

4. Peccato naturæ respondet pœna naturalis; at peccato personæ pœna sensus.

DICO AD I. Area est Ecclesia; infantes non baptizati nondum sunt in area, ait *Aug. l. contra Donat. post Collat. c. 10.* Sic & De adultis est sermo, qui possunt fructus facere.

AD II. Conclusio ea est parabola de sagena, id est, Ecclesia; in qua nō sunt in baptizati.

AD III. Istud solum de adultis dicitur: quia *iudicati sunt secundum opera ipsorum.* Quamquam & paruuli sint iudicandi, ut qui opus habeant alienæ voluntatis natium, pec. orig. *In ignem verò ibunt, qui mala egerunt ipsi.*

AD IV. dicitur idem, Deinde fames, sitis, &c. consequuntur ad naturam spoliatam iustitiâ orig. non infliguntur directè in pœnam: at gehenna est directè in pœnam actualis peccati.

QVÆSTIO XXVI.

*An decedentium absque baptismo
Pœna sit Dolor interior
mentis?*

ORTHODOXORVM hic duplex opinio.

PRIOR Theologorum: Sine baptismo defunctos vacare interno, externou dolore omni.

DOCET istis. I. Hoc, *Quantum se glorificauit.* &c. rectè probat, eos pœnam sensus non passuros: ergo nec animi dolorem passuros; qui subditur est sensus.

2. *S. Aug. in Enchir. c. 93.* Dolor eorum mitissimus erit: at animi dolor de amissa gloria acerrimus erit.

3. Concors hic Doctorum est consensus, nil eos perpeti doloris.

4. Intelligunt se iusta Dei ordinatione carere beatitudine: ergo non dolent; sin', peruersæ forent voluntatis.

5. Singularis prouidentia Dei abterget eis dolorem amissi boni, per gaudium declinati mali.

AUTOR. Altera S. Patrum & quorundam Theologorum sententia videtur probabilior: quod animi dolorem sentient de amissa gloria; deque carcere suo perpetuo: Sed mitissimè, ut qui verme careant; nec in deliciis fuerunt carnis acti; & securi sint à diis damnatorum. Ita S. August. quatuor diuersis in locis: S. Fulgentius, Gregorius, Cyprianus.

DICO AD I. Dolor sensus directè infligitur ob culpam propriam sensus: at Ari-

at Animi dolor consequitur natura-
liter ad priuationem iustitiæ; sicut mi-
seriæ in hac vita consequuntur ad p.
or. non directè infliguntur.

AD II. S. Augustinus comparat
pœnam paruulorum cum pœnis dam-
natorum; sic mitissima dicitur: non
pœnam damni in animo, cum pœna
corporis.

AD III. At S. Patrum Antiqui-
tas stat contra Theologos hodiernos:
Et S. Thomas & S. Bonauentura sunt
interpretatu faciles.

AD IV. Patiuntur patienter, non
impatenter: sicut & animæ purgato-
riæ patiuntur in sensu.

AD V. Id non constat. Videtur, vt
paruulos in hac vita finit pati incom-
moda; sic & sinet isthic perpeti dolo-
rem animi, sed mitem.

QVÆSTIO XXVII.

*Qui Effectus, vel Pœna ex peccat.
original. contrahuntur in
hac vita?*

I. PELAGIANI, teste Aug negantes pec. orig.,
Concupisc. niam in bonis natura ponebant: Cæ-
tera vitæ incommoda esse naturalia asserbant. S.
Augustinus iam eos oppugnauit acriter, quam ex-
pugnauit feliciter: damnauit Ecclesia peren-
niter.

AVTOR. Concupiscentia carnis,
qualis iam inest nobis, mala est, seu
vitiosa; non bona.

1. Teste S. Scriptura in *Antichristo*.
p. 4. q. 14.

2. Quia eget ea freno rationis, uti
immoderata ex sese.

3. Ob eam concubitus etiam legiti-
mus, vitat conspectum hominum; at

ob bona erubescit nemo. Sic *August.*
14. ciuit. c. 17.

3. Malum est & contra rationem,
vt inferiora superioribus aduerfen-
tur: at ob concupiscentiam id fit in
homine, ergo.

4. Sic consensus S. Patrum docet, i-
psique ethnici.

II. Miseriæ Humanæ cæteræ sunt
quoque pœnæ pec. orig.

1. Ignorantia: Psal. 48. *Homo cum in
honore esset, non intellexit; comparatus est
iumentis insipientibus.*

2. Malitia voluntatis: Eccl. 7. *Fecit
Deus hominem rectum; & ipse se infinitis
miscuit questionibus.*

3. Concupiscentia partis inferio-
ris. Ideo *Gen. 3.* erubuerunt an nudi-
tatem suam.

4. Labor & dolor corporis. *Gen.*
3. *Insudore vultus tui vesceris pane tuo.*

5. Mors. *Rom. 5.* *Intrauit per pecca-
tum mors. Cap. 6.* *Stipendium peccati
mors.*

6. Ira Dei *Psal. 33.* *Vultus Domi-
ni super facientes mala. Rom. 1.* *Reuelati
ira Dei de celo super omnem impietatem:
at nascimur filii iræ.*

7. Captiuitas sub diabolo. Nam
2. *Pet. 2.* *A quo quis superatus est, huius
& seruus est.*

8. Crudelitas hominum in homi-
nes. *Iacob. 4.* *Vnde bella, & lites in
vobis? Nonne ex concupiscentiis vestris,
qua militant in membris vestris?*

9. Rebelio bestiarum. Nec enim
hanc in paradiso futuram indicat
familiaris serpentis cum Eua collo-
quium. Et *Genes. 2.* Animantia om-
nia obedienter coram Adam compa-
ruerunt.

10. Calamitas omnis à cælo, terra, mari, casusque omnis: Istis enim cunctis vnum rerum Dominum Hominem Deus fecisset altiore, quam vt vel adspirare ad eum potuissent; si in Dei charitate & subiectione stetit.

III. LUTHERO-CALVINISTÆ prædictas miseras nil infitiantur quidem: Afingunt tamen tres alios, quos non agnoscimus.

Vt 1. Amissionem Liberi Arbitrii.

2. Corruptionem naturæ tantam esse vt etiam iustificatus homo non possit non peccare.

3. Odisse Deum, Fugere iudicium Dei, Dubitare de promissis Dei, Desperare peccat. remissionem, & salutem: hæc esse vo-

lunt nunc ipsum pecc. orig. nunc fructus eiuldem.

AUTOR. Atlæsum, non extinctum, nouimus Liberum arbitrium, 2. Viribus naturæ Corruptæ præstare nil meritorium salutis; at Reparata, per gratiam possumus plurimum. Quæ duo infra.

3. Prædicti motus non omnes sunt effectus peccati originalis, nisi remotè, vt omnia peccata: proxime enim ac immediatè sunt voluntatis nostræ.


Dein iidem inveniuntur in carentibus peccat. original. vt in dæmonibus: & in multis habentibus pecc. inueniuntur, vt in non baptizatis.

II. DE GRATIÆ REPARATIONE.

Huius partes sunt, Gratia, 1. Diuisio, 2. Communicatio, 3. Cum Liberi arbitrij Natura, 4. Ac Viribus in Naturalibus, 5. Moralibus, 6. Et supernaturalibus rebus.

I. DE GRATIÆ DIVISIONE ET DEFINITIONE.

Schema Diuisionis Gratia.



1. Gratia

1. **G**ratia est donum supernaturale, inhærens animæ; eamque ad Esse supernaturale euehens.

2. *Gratia Aeterna* est amor Dei, quo suos ab æterno dilexit & prædestinauit. Eph. 1.

3. *Gratia Temporaria* sunt beneficia Vocationis & Iustificationis, quæ ex gratia Aeterna promanant vt illius effectus Nam, Rom. 8. *Quos prædestinauit, hos & vocauit. &c.*

4. *Gratia Gratis data* est donum absque debito ad aliorum salutem datum: Estque multiplex. 1. Cor. 12.

5. *Gratia Gratumfaciens* seu Iustificans est donum absque debito ad propriam cuiusque salutem datum.

6. *Gra. Gratumf. Habitualis* seu *Permanens*, est donum gratuitum homini durabiliter datum.

7. *Actualis*, vel *Auxilij specialis*, est Motio Dei, qua homo adiuuatur ad operationes, naturam aliquo modo superantes; Idque vel simpliciter ex genere suo: vt actus fidei, spei. &c. Aut ratione status peccati, in quo debilitat homo indiget auxilio: Aut ratione circumstantiæ accidentis, vt tentationis, aduersitatis. &c.

8. *Actualis Excitans* est Exterior vocatio, Prædicatio, Exempla, Miracula, Aduersa, Beneficia. &c. Aut potissimum est Interior Illuminatio mentis, Inspiratio voluntatis à Deo.

9. *Actualis Adiuuans* est, quæ cum voluntate *Elicit* actum internæ Cooperationis: quæ *Dirigit* ob intellectus ignorantiam & instabilitatem: quæ *Protegit* gratiæ semen contra hostes.

10. *Sufficiens* est, qua Deus dirigendo, protegendo, & cooperando pa-

ratus est iuuare, vt possit velle credere, conuerti, bonum operari; homo tamen re ipsa non velit credere. &c.

11. *Efficax* est, qua Deus ita vocat hominem, vt infallibiliter re ipsa velit, credat, bonum faciat.

12. *Efficax Operans*, Phil. 2. *Deus est, qui operatur in vobis Velle, & Perficere.* 1. Thef. 2. *Accepistis illud non vt verbum hominum; sed (sicut verè est) verbum Dei qui operatur in vobis, qui credidistis.*

13. *Efficax Cooperans*: vt Mar. 16. *Illi autem profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperante.* Rom. 8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Gratia gratumfacientes pleræque, non re, sed ratione differunt.

QVÆSTIO XXVIII.

An gratia Gratumfaciens sit qualitas, per modum habitus in homine permanens?

LUTHERANVS Kemnitius in Exa. Trid. Heshusius. &c negant, Ecclesiamque affirmantem arguunt.

CALVINVS in Antidoto sess. 6. c. 7. *Falsum esse contendo, vllam iustitiæ partem in qualitate sitam esse, vel habitu, qui in nobis resideat; sed gratuita acceptione nos esse iustos.* Alludit eisdem Pighius, lectione Caluini seductus, statuentis imputationem solam iustitiæ Christi.

SVADENT. istis. 1. Quia S. Augustinus comparat lib. arbitrium iumento, gratiam fessori; quod gratia non sit habitus, quo utimur; sed Spiritus sanctus qui nos regit.

2. S. Aug. refutat Pelagianos, quod dicerent, necessariam gratiam habitualem, per quam homines euehantur ad statum filiorum Dei.

AVTOR. 1. Gratia est habitus infusus, qualitasque mentis permanens. Sic

Sic omnis Theologia: sic Ecclesia in Conciliis Viennenfi, Trid. less. 6. Hoc tamen noluit definire, habitus ne sit, an qualitas; esse tamen ait qualitatem per modum habitus permanentem in anima; sc. esse non solam remissionem peccatorum, sed & sanctificationem inhærentem.

1. Sic Scriptura docet in meo *Antichristo* p. 4. q. 15.

2. Ita Consensus S. Patrum, apud *Bellar.* l. 1. c. 4.

3. RATIO fauet. 1. Diligere Dei est velle bonum; & hoc est efficere bonum: efficax enim est dilectio Dei: at iustus diligit; ergo est in eis quædam pulcritudo dilecta.

2. Qualis est forma, talia sunt & opera: homo autem conditus ad gloriam operari debet supernaturalia: quare & formam ei supernaturalem inesse necesse est: id est, 2. Pet. 1. *effici diuina consortes natura.* Ita S. Dionys. in Hierarch. p. 1 c. 2. Neque homo tum solum est iustus, cum iusta operatur; sed etiam cum cessat operari.

3. Baptismus iustificat etiam infantes, amentes. &c. qui rationis vsum non habent, & quibus actualis inesse iustitia nequit: ergo erit habitualis. Deinde baptismo regenerari est nouam formam accipere, vnde filii Dei nominamur & sumus. Demum Sacramenta, vt instrumenta gratiæ, efficiunt in suscipientibus gratiam, non actualemente teste experientia; ergo habitualemente.

II. Porro habitus Gratia, & habitus Charitatis, an differant & subiecto, sicut anima & eius Potentia: an verò sint idem re, & differant ratione:

disputant Theologi salua fide. At charitatem esse virtutem seu gratiam creatam; & non ipsum Spiritum S. in persona; docet Ecclesia vniuersa, cum S. Thom. 2. 2. q. 23. art. 2. *Et in questionibus disputat. questio. de caritate art. 1.*

DICO AD I. S. Augustinus loquitur de gratia creata, & increata, id est, de Deo, qui per dona sua sedet in nobis. Sic, Ro. 8. *Qui spiritu Dei aguntur, in filios filij Dei.* Et Deus per habitus creatos & infusos habitat in nobis, Eph. 3. *Christus habitat per fidem in cordibus.* Rom. 5. *Charitas Dei diffusa est.* &c.

AD II. Pelagiani negabant in paruulis remitti pec. originale per baptismum; eos tamen adoptari in filios Dei concedebant: & illius, non huius ergo arguebat eos Augustinus. Gratia igitur necessitatem ad remissionem male negabant.

QUESTIO XXIX.

Sine Gratia Sufficiens, qua non sit tamen Efficax?

CALVINISTAE partitionem gratia, in Sufficientem & Efficacem, omnino repudiant. Quia volunt Motos à Deo debere necessariò bene agere: Non motos non posse bene operari: Sicque eis omnis Dei Motio est efficax; Sufficiens, nulla.

CALVINVS Inst. 2. c. 3. §. 10. *Voluntatem mouet gratia, non, qualiter multis seculis traditum est, & creditum, vt nostra postea sit electionis, reuersioni aut contemperare, aut refragari; sed illam efficaciter efficiendo.* Lutherani communiter consentiunt.

II. PELAGIANI, teste Aug. lib. 1. contra epistolam Pelag. ca. vlt. eandem repudiabant: Quia solum lib. arbitrium asserbant sufficiens ad salutem consequendam.

AVTOR.

AVTOR. Sufficiens omnibus est gratia; at Efficax non omnibus.

1. Teste S. Scriptura in meo *Antichristo* p. 4. q. 16.

2. Sic de vtraque docet S. Augustinus locis diuersis.

3. Sic Ratio persuadet. Quia si non detur gratia Sufficiens, tria sequentur incommoda.

1. Adamum non sua culpa lapsum, ait Aug. l. de corrept. & grat. c. 9.

2. Deus amicos suos desereret ante, quam deseratur ab eis; cum non habeant gratiam sufficientem ad resistendum peccatis.

3. Nemo verè posset dicere, nõ se tãtum fecisse boni, quãtum potuit; quia iuxta sufficientem fecisset: at omnes sancti lemper accusant se ignauia, quod non satis cooperentur gratiã.

Demum negata gratiã Efficacia tollitur fundamentum prædestinationis. *Prædestinatio enim*, ait S. Aug. l. de prædest. c. 10. *est gratia preparatio; gratia verò, ipsa donatio.*

QVÆSTIO XXX.

Quin re sita sit gratiã Efficacia?

LUTHERANI pariterque CALVINIANI tradunt

1. Non omnibus, sed paucis & solis prædestinatis Christum suam largiri gratiam; vtpotè pro solis iis mortuum.

2. Christum his paucis dare, non quamcumq; gratiam, sed tantum Actualem; nullo verò habitualem & sanctificantem.

3. Hanc Actualem tam parcè dari, vt nemini sufficiat ad seruandam Legem.

4. Hanc eo cum onere dari, vt accipientes illã vti libere non possint, aut cum ea co-

operari. Hęc summa, præsertim Calviniana.

Hic igitur status quæstionis propriè est inter duo extrema: 1. Efficacia gratiã sita in voluntatis assensu cooperante gratiã, sic vt in potestate humana sit sufficientem facere efficacem. 2. An verò sit Dei solius actio physica determinans voluntatem ad eligendum bonum, ei per Excitantem gratiam inspiratum: sicque fieri non possit, quin effectus infallibilis sequatur?

DE POSTERIORE, CALVINVS ita Inst. 2. c. 3. §. 10. *Voluntatem mouet, non, &c.* vt supra quæst. 29. Hoc est, vt voluntas mota consentiat diuinæ motioni, sic necessariò, vt non possit non consentire: vel expressius: Vt mota voluntas nil agat consentiendo, sed se purè passiuè habeat; Deus verò agat omne solus, eãque necessitet. Ideo ait 7. *Non rectè à Chrysostomo scriptum est; Nec gratiam sine voluntate; nec voluntatem sine gratia, quicquam posse operari.* In quo vno inlunt errores duo: 1. Voluntatem nil agere, nil cooperari gratiã. 2. Non esse in potestate voluntatis, Consentire, aut Refragari.

SVADER Priusita. 1. Deus, 1. Cor. 9. *operatur omnia in omnibus.*

2. Cor. 3. *Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est.* Phil. 1. *Deus operatur in nobis Velle & Perficere.* 2. Ro. 8. *Quicumque spiritu Dei AGVNTVR, ij sunt filij Dei.*

3. Iac. 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est.*

Posterius ita. 4. Ezech. 36. *Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum.* Vt ergo non est in potestate lapidis verti in carnem; sed merè passiuè se habet: sic & voluntas.

5. Vtrumque sic suadent. Quia illustratio, inspiratio, suasio interna pertinent ad liberã; non ad gratiam aut spiritum. Quod enim facit Concio externa; id & suasio interna.

6. Si Efficax gratia est, ita vocari vt aptum est vocato, ne spernat vocantem: Sufficiens est ita vocari, sicut vocato non est aptum, ne

f sper-

spernat vocantem: At hoc absurdum est, Deum sic vocare, sicut aptum non est vocato.

7. Scholastici videntur Efficaciam gratiæ non tam in ipsa Gratia, quam in voluntate humana ponere.

AUTOR. I. Efficacia gratiæ non est sita in Voluntate humana, sufficienti gratiæ consensum dante. Neque est in potestate hominis positum, vt ex sufficiente faciat Efficacem, quando voluerit.

1. Quia S. Scriptura reclamation, in *Antichristo* p. 4. q. 16.

2. Quia ea opinio euertit fundamentum Prædestinationis diuinæ, vt à qua sola pendere Efficaciam doceat Scriptura. Nam ait S. Aug. lib. de corrept. & grat. c. 7. ex Rom. 8. *Quos prædestinauit, hos & vocauit: quomodo? Omnia cooperantur in bonum his, qui SECUNDUM PROPOSITVM Vocati sunt Sancti: non secundum Voluntatem Vocati: Alioquin hæc nullū locum relinqueret Prædestinationi; sed tantū Præscientiæ: Nec verè diceretur, Rom. 9. Vt secundum Electionem Propositum Dei maneret: Non ex operibus, volentis hominis Vocatis; sed ex Vocante dictum est ei. &c.*

3. Quia illa opinio abhorret ab sententia S. Augustini: qui docet, lib. de prædest. c. 8. Efficacem gratiam à nullo duro corde respui; quia cor emollit. Et l. de spir. & lit. c. 34. Cur Deus vni suadet, vt persuadeat, alteri non: Causam refert in *Altitudinem diuisiarum sapientia Dei.*

4. Quia sicut error Lutherocaluinistarum destruit gratiam Sufficientem, & tollit Liberum arbitrium: ita illa opinio destruit & gratiam Efficacem, & Prædestinationem.

II. Gratia Actualis duplex est officium: Prius, Præuenire, excitare, præparare voluntatem nostram ad consensum: Posterius, voluntatem iam præparatam adiuuare, & cum ea cooperando elicere consensum. *Probat* ex S. Augustino quadritariam.

1. *Ex ijs Locis*, quibus docet Efficacem gratiam consistere in vocatione, illustratione interna, seu persuasione proinde physicam Dei actionem esse potius gratiæ Excitantis, quam Adiuuantis.

2. *Ex ijs*, vbi dicit Efficacem gratiam esse Præuenientem tum suapte natura, tum & tempore sic, vt sine nobis operetur: Ergo esse nequit determinans necessitansq; voluntatem nostram. Vnde S. Aug. epist. 107. *Gratia meretur ageri, vt aucta mereatur & perfici, Coniuncte, non Ducente, pedissequa, non præuoluntate* Quam S. Augustini sententiam Caluinus audacter reiecit, *Instit.* c. 3. §. 7.

3. *Ex ijs*, quibus probat gratiam sufficientem, quæ simul non sit Efficax.

4. *Ex ijs*, quibus ostendit, vnde est quod sit Efficax, licet non determinet physicè voluntatem, sed moraliter solum, per modum suasionis.

2. *Probat* argumentis quatuor præmissam sententiam refutantibus quæ simul & Caluinianam refutant, & nostram Sancti Augustini confirmant.

III. Voluntatem Nihil omnino agere, hæreticum est.

1. Quia contrarium S. Scripturæ, in meo *Antichristo* p. 4. q. 16.

2. Quia si Deus adiuuat, sanè & nos aliquid agimus. Vnde S. Aug. ser. 15: de

de verb. Apost. *Nomen Adiutoris praescribit tibi, quia & tu ipse aliquid agis.* Idem tract. 72. in Ioan. *Operanti in se Christo cooperatur homo salutem aeternam, & iustificationem suam.* Idem in Ench. c. 31. *Homini voluntatem Deus preparat adiuuandam, & adiuuat preparatam.* S. Bern. l. de grat. & lib. arb. *Conatus nostri cassi sunt, si non adiuuantur, & nulli, si non excitantur.*

IV. Dicere, Non esse in potestate hominis, Consentire, vel Refragari gratia; haereticum est.

1. Quia contradicit S. Scripturae: Vide in Antichristo.

2. Reclamant S. Patres. S. Aug. lib. de Sp. & lib. c. 34. *Consentire vocationi Dei, vel ab ea Dissentire, propria voluntatis est.* Idem in titulum Psal. 71 *Non erat in potestate tua, ut non nascereris ex Adam; Est in potestate tua, ut credas in Christum.*

3. Ratio euincit. Scriptura dicit, alios diuinæ voluntati Consentire; vt Matthæus in telonio, Paulus in itinere, Zachæus in arbore, Latro in cruce: Alios Dissentire; vt Act. 7. *Vos semper Spiritui Sancto resistitis.* Prou. 1. *Vocauit, & renuistis.* Vtrique fecerunt id Vel liberè; ergo Consentientes sunt vituperandi, & Dissentientes laudandi: Vel Deus cogit Dissentire per gratiam eisdem, quæ dedit eam. Quod absurdum vtrumque.

Dico ad I. Agitur ibi de gratiis gratis datis, non de iustificante gratia. 2. Cor. 3. & Phil. 1. dicitur quod omnia possimus in eo, qui nos confortat; & sine eo nihil possimus: non tamen necessitatur à gratia; id est, ait Aug. l. de grat. & lib. arb. c. 9. *Non ideo liberum ar-*

bitrium abstulisse putandus est. Et. ca. 17. *Vt velimus, sine nobis operatur: cum autem volumus, ut faciamus, nobiscum cooperatur.*

AD II. Aug. serm. 13. de verb. Dom. *Dicet quis: Ergo agimur, nō agimus. Resp. Imò & agis, & ageris. Et tunc benè agis, si à bono agaris. Spiritus enim Dei, qui te agit, agentibus adiutor est.*

AD III. Ita; sunt bona omnia à Deo: nec inde tamen sequitur, nos ijs nō cooperari. Quin ideo datur à Deo, vt ijs cooperemur, vt talentis ad lucrum; 2. Cor. 6. *Hortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.*

AD IV. Voluntas est res media, quæ successiue esse nunc lapidea, nūc carnea potest; neutrum tamen sine ipsius libera cooperatione. Hinc Ezech. 31. *Proiicite à vobis iniquitates vestras, id est cor lapideum; & facite vobis cor nouum, carneum.* Idque tum, cum ego *Dabo vobis cor carneum.*

AD V. Disparitas magna est: nam Concio solum tangit aures corporis, non infundit lumen menti; non adspirat affectum cordi: at suasio interna Dei ad cor hæc omnia præstat, & adiuuat voluntatem ei cooperans physicè.

AD VI. Certum est, vocari multos, vt eis non est aptum vocari, ne spernant vocantem; & tum vocari quando eos non secuturos videt Deus; & contrà, vocari, cum præuidet eos secuturos; vt *Matt. 11.* Tyrii & Sidonij. Nec tamen præscientia Dei est causa obdurationis: nec absurdum est facere Deum iustè, quod vult: licet causa nobis sit occulta.

AD VII. Liquet iam suprà.

II. DE COMMUNI- CATIONE GRA- TIAE.

QVÆSTIO XXXI.

*An SUFFICIENS Auxilium de-
tur omnibu. ad salutem?*

LUTHERVS in assert. art. 36. CALVINVS
Inst. 3. c. 22. §. 10. & c. 24. §. 12. 16. Negant Dari
Reprobis ab æterno; sed solis prædestina-
tis. Contrarium Pelagiani: Possent omnes vo-
luerunt solis lib. arbitrij viribus, absque gra-
tia præueniente consequi Sufficiens auxili-
um ad salutem.

I. SVADENT Pelagiani istis. I. Quia Sap.
6. *Equaliter est illi cura de omnibus.*

2. Ioan. 1. *Lux vera illuminat omnem homi-
nem. &c. Quotquot receperunt eum, dedit eis pote-
statem filios Dei fieri.*

3. Luc. 2. *Omnis, qui petit, accipit. Et dabit Sp.
bonum petentibus se.*

4. Matt. 11. *Venite ad me omnes, qui laboratis.
&c.*

AVTOR. I. Deus suâ gratiâ præ-
uenit omnem auxiliij inuocationem.

II. Nec tamen auxilium gratiæ ad-
est æqualiter cunctis.

1. Teste S. Scriptura in Antichristo
p. 4. q. 17.

2. Sic definitio Conc. Arausiacani
can. 3. 4.

3. Sic ratio. Quia si æqualiter adest
omnibus Deus; quomodo permisit o-
lim omne ingredi vias suas, Act. 14. &
nunc annunciat pœnitentiam? Cur
Paulus spiras minas conuersus est; re-
lictusq; meliores? Cur optimi viri pro-
les sine baptismo decedit, & adulteri
filius baptizatur?

4. Ira Sanctorum Patrum consen-
sus.

DICO AD I. Sensus est: Dei prouide-
tia nulli rei deest; etsi non æqualiter gra-
tia adsit singulis: cum diuersæ dona-
tiones sint gratiarum.

AD II. Christus quoad se illumina-
tionem offert omnibus, quoad homi-
nes; multi lumen non recipiunt: Ex-
pectat tamen Deus, vt recipiatur cum
fide.

AD III. Aug. l. 4. in Iulianum, c. 8.
ait Spiritus bonus non potest peti nisi
ex sp. bon. Rom. 10. *Quomodo inuoc-
bunt, in quem non crediderunt?* Itaque
Iac. 1. *Postulet in fide.*

AD IV. Vocat omnes vt veniant; sed
ait tamen solis naturæ viribus eos ve-
nire posse. Nam, Ioan. 6. *Nemo potest
ad me venire, nisi Pater traxerit eum.*

II. SVADENT LUTHERO-CALVINISTÆ
istis suum Commentum.

1. Quia Scriptura dicit homines à Deo
durari, excœcari: Exod. 9. Isa. 6. Matt. 13. 104. 11.
Rom. 1. &c.

2. Act. 14. 17. Deus dimisit omnes gentes
ingredi vias suas despiciens tempora illa
ignorantiæ.

3. Rom. 10. *Quomodo credent sine prædica-
te? At innumeri caruerunt tali.*

4. Pater non trahit omnes, vt ad Filium
venire possint. &c. plura ex Aug.

AVTOR. I. Detur auxilium suffi-
ciens omnibus aut aliquibus; de nullo
tamen, dum spirat, desperandū est: &
nulla in Deo inesse iniustitia potest.
Sa. 12. *Quis tibi imputabit, si perierint na-
tiones quas tu fecisti? Joel. 2. Quis scit, si co-
nvertatur & ignoscat Deus, & relinquat post
se benedictionem.*

II. Sufficiencia gratiæ datur omni-
bus pro loco, tempore, modo; etsi non
semper

semper, & vbiq̄ue. 1. Sic Scriptura. Sap. 12. *Debitos morticum tanta cruciasti attentione, dans tempus & locum, per qua possent mutari à malitia.* Matt. 11. *Venite ad me omnes qui laboratis. &c.* Sap. 11. *Parcis omnibus quoniam tua sunt Domine, qui amas animas.* Ezech. 33. *Viuo ego; Nolo mortem impij; sed vt conuertatur.* 1. Tim. 4. *Qui est Saluator omnium hominum, maxime fidelium.* 1. Cor. 15. *Pro omnibus mortuus est Christus.* 1. Tim. 2. *Qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus.* Plura in Antichristo p. 4. q. 17.

2. Sic & S. Patrum Consensus, perpetuaque doctrinae successio.

III. Auxilium sufficiens ad resurgendum à peccato non adest omnibus omni tempore; etsi enim semper conuerti possit, nō potest tamen eam potentiam in actum reducere semper.

1. Eccl. 7. *Considera opera Dei, quod nemo potest corrigere, quem ille despexerit.* Ioan. 12. *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias; Excacauit oculos eorum, & indurauit cor eorum: Hoc stante, non poterant.* Ideo 2. Tim. 2. *Ne quando Deus dei illis penitentiam ad cognoscendam veritatem, & respiscant à diaboli laqueis.* Itaque donum penitentiae non semper adest.

2. Idem docent S. Patres, & Ratio. Quia nemo potest conuerti sine gratia praueniente; at hæc non semper adest, aut non auditur, & spernitur. Nimirum ita status est viatorum, vt non omnia possimus omnes omni tempore.

IV. Sufficiens auxilium ad deuitanda peccata omnibus semper adest, mediatè, vel immediatè.

1. Quia Scriptura iubet nos orare ne intremus intimationem, Mat. 6. *Quare Eccl. 15. Non dicas per Deum abest. Quippe, Oseæ 13. Perditio tua ex te Israel.*

2. Sic & S. Patres; & Ratio; Quia nulli sunt, licet excæcati, qui non propriè peccent, dum deliberatè legem transeunt: at nemo peccat in eo, quod vitare non potest: ergo nulli sunt, etsi excæcati, qui non possint legem Dei non transgredi: Ignorantia tamen Antecedens excusat à peccato; Concomitans, non quia illa efficit inuoluntarium; non hæc. vt si quis occidisset hominem, putans esse feram, non peccasset. Sic est res cum Impotentia se conuertendi Antecedente, & Concomitante: illa excusat; hæc non. Vide Bell. l. 2. c. 7.

Dico Ad I. Durante excacatione conuerti nequeunt: quin tamen aliquando eos stimulet Deus negari non debet.

Ad II. Præteritis non defuit gratia; sed non tam copiosa adfuit tunc, vt nunc.

Ad III. Docet id, aliquando deesse conuertendi se auxilium; sed non semper.

Ad IV. Pater trahit omnes; Sed non semper & vbiq̄ue. Nec venit ad filium omnis, qui tractus audit; sed *qui audit, & discit*, Ioan. 6. De inde certius:

Est ibi mentio de gratia efficaci. &c.



QVÆSTIO XXXII.

An Prædestinavit DEVS aliquos ad vitam sine merito ipsorum?

CALVINISTÆ quæ de Efficacia gratiæ fingant, huc repete ex quæst. 30. Istis confectaria sequuntur isthæc: CALVINVS Inst. 3. c. 21. §. 5. Prædestinationem vocamus æternum Dei decretum, quo apud se constitutum habuit, quid de vnoquoque homine fieri vellet. Non enim pari conditione creantur omnes, sed alijs vita æterna, alijs damnatio æterna præordinatur. Ibidem §. 7. Hoc Consilium Dei, quoad Electos, in gratuita eius Misericordia fundatum esse asserimus, nullo humana dignitatis respectu. Quos verò damnationi addicit, his iusto quidem & irreprehensibili, sed incomprehensibili ipsius iudicio, vitæ aditum præcludi. Idem c. 22. §. 3. Vbicunque hoc regnat Dei placitum, nulla in considerationem veniunt opera. Ibid. §. 11. Si non possumus rationem assignare, cur suos misericordia dignetur, nisi quoniam illi ita placet: Neque etiam in alijs reprobandis aliud habebimus, quam eius voluntatem. Idem c. 23. §. 1. Minime consentaneum est, præparationem ad interitum alio transferre, quam ad arcanum consilium Dei. Hæc Caluinus.

In quibus duo: Prædestinatio Electorum, & Reprobatio damnandorum. Sed vtriusque duplex est sensus: Prior verus. Ante præuisum per Deum ex toto genere humano, adhuc incorrupto, hos ad vitam, alios ad mortem elegisse. Posterior hæreticus. Deum post præuisum per orig. corrupto iam humano genere, hos ex misericordia elegisse ad gloriam: alios in massa perditionis reliquisse in vasa contumeliæ, sine ipsorum actuali culpa; non tamen sine orig. culpa.

AVTOR. Erit gratia Sufficiens omnibus detur; diuina tamen prædestinationis nulla omnino causa ex parte nostra dari potest: sed tota & omnis in solam Dei Voluntatem est referenda.

1. Teste S. Scriptura quæ docet quinque.

1. Esse Electos.
2. Ad Dei regnum.
3. Eos infallibiliter saluari.
4. Ex mera Dei Misericordia.
5. Idque gratis, absque vlla operum bonorum præuisione. Vide *Antichristum* p. 4. q. 18.

Et eatenus consentiunt nobiscum aduersarii; Sed inconstanter, vt protinus ostendam.

2. Docetur veritas ex Traditione Ecclesiæ; sic definiente Celestino Papa: deinde Conc. Arausicano: Et antè sic docente S. Patrum consensu, S. Aug. S. Prospero, Petro Diac. S. Fulgentio. &c. Qui docent, vsum bonum liberi arbitrij, quatenus ad salutem ordinatur, procedere ex gratia: quæ causa tota prædestinationis, promanat à Deo solo.

3. Ratio euincit. 1. Quia nemo potest saluari sine fide: sed fides est donum Dei; nec datur omnibus, sed quibus vult Deus, *Phil. 1.* Vnde oratur pro infidelium conversione. Et Pelagianismus est, saluari ex vsu bono liberi arbitrij.

2. Quia sine Perseuerantia nemo saluari potest: at ea donum est Dei, quod ex gratia, non ex meritis datur. Licet enim iusti perseuerare possint, si velint: velle totum tamen hoc ex gratia est, ideo soli perseuerant, qui id ex dono acceperunt. Quia Rom. 9. *Non est volentis, nec currentis, sed miserentis Dei.*

3. Quia volitio finis prior est, quam mediorum: sed gratia & bona opera nostra sunt Media: ergo prius voluit Deus

Deus iis dare gloriam, quam vellet & ordinaret Media: ergo hæc non causa voliti finis.

Dico nunc igitur Ad Priorem sensum Caluini, non quidem esse hæreticum; asseri tamen ab eo inconstanter.

1. Quia si electio facta est ante præuisionem pec. or., ergo & ante decretam Christi Incarnationem. Quomodo igitur Electio potuit esse facta in Christo, inque eius meritis fundari: vt fatetur Caluinus *Inst.* 3. c. 24. §. 5. nos in Christo electos esse. At *Inst.* 2. c. 12. §. 4. docet, Christum non venturum fuisse in carne, nisi peccasset Adam. Vnde sequitur, prius præuisum fuisse pec. orig., quam decretam Christi Incarnationem: & ante hanc, præisse Electionem.

2. Quia Electionem factam ait ante præuisionem omnium operum: Et tamen asserit; Infantes, sine baptismo decedentes, saluari in fide parentum. Ergo Deus in Electione paruulorum habuit aliquem respectum ad Fidem parentum. Itaque Calvinistæ sic ipsi se iugulant sua contradictione.

De Pelagianis, causam prædestinationis constituentibus in usu bono liberi arbitrij, bonisque operibus: vide in *Genealog.* p. 4. q. 10.

QVÆSTIO XXXIII.

An detur causa REPROBATIONIS ex parte Reprobatorum?

CALVINVS Locis suprâ citatis, & Calvinistæ cæteri in causa prædestinationis, ad solam Dei Eudokiam referenda, nobiscum

aduersus Pelagianos consentiunt: Nisi quod in asserenda veritate secum ipsis pugnent: In causa item *Reprobationis Negatiuæ*, quæ est voluntas Dei Non saluandi reprobos, conueniunt nobiscum: Itemque in causa *Reprobationis Positiuæ*, quæ est voluntas Dei damnandi reprobos, ob præuisum peccatum originale vel actuale: à nobis Dissentiunt: Voluntque Deum eterno & immutabili Decreto quosdam ad mortem destinasse sine Respectu aut Præuisione peccati orig. aut Actualis; sed pro solo suo beneplacito.

SVADET Scharpius in cursu Theologico quindenis argutatiunculis: & nostra refutare sibi videtur argumenta. Sed quibus vtrisque omnibus vna sufficit securis.

2. Aries eorum ac neruus omnis roboris est iste: Ex parte reprobi non datur causa primi effectus reprobationis: ergo nec totius reprobationis. *Antecedens*: Quia primus effectus est illa prima permissio, qua Deus permittit Adamum labi in peccatum primum, quo tota natura est infecta: Sed illius permissionis nulla est causa ex parte reprobi; quia est ante omne peccatum. Ergo nullum peccatum est causa reprobationis. *Confirmatur*. Quia Prædestinatio & Reprobatio opponuntur: sed nulla est causa, ex hominis parte, illius: ergo nec huius.

AVTOR. Velut contra Pelagianos defendimus cum Calvinistis Prædestinationem: ita & Reprobationem, aduersus Calvinianos: Quippe, qui; cum homines ante præuisionem peccati, ad peccatum & damnationem prædestinatos pertedunt; directè cum Dei iustitia pugnant; inque Deum, vt Autorem, flagitia omnia refundunt.

NOTA verò in Reprobatione duos inesse actus.

1. *Negatiuum*, quo Deus noluit dare gloriam aliquibus.

2. *Positiuum*; quo Deus voluit aliquos

quos ob eorum peccata damnatos. Sicque est Diuinum Decretum Re-
probationis Negatiuæ: & Decretum
Damnationis, seu Reprobationis
positiuæ.

I. Reprobationis Negatiuæ nulla
est causa ex parte hominis; sed sola
Dei voluntas.

1. Teste S. Scriptura in *Antichristo*
p. 4. q. 19.

2. Ita S. Aug. epist. 105. *Cur illum po-
tius, quam illum liberet, aut non liberet,
scrutetur qui potest iudicium eius tam ma-
gnum Profundum; veruntamen caueat prae-
cipitium.* Vtriusque causam ait lib. de
corrept. & grat. ca. 8. & 13. esse refe-
rendam inter occulta iudicia Dei.

3. RATIO. Quia hoc ipso quod
quis non prædestinatur, reprobatus
intelligitur negatiua reprobatione:
At prædestinatio facta est ante præ-
uisionem operum: ergo & Reproba-
tio negatiua, similiterque neutra cau-
sam habet ex parte hominis.

II. Reprobationis Positiuæ, qua
Deus vult ad pœnas Damnare, cau-
sa est ex parte hominum, sc. peccata
ipsorum præuisa.

1. Teste Scriptura in *Antichristo*
quæst. 19.

2. Sic S. Aug. l. 3. in Iulian. c. 18. *Deus
potest sine bonis meritis liberare, quia bonus
est: Non potest sine malis meritis damnare,
quia iustus est.* Idem epist. 106. *Hæc Massa
si esset ita media, vt quemadmodum nihil
boni, ita nec mali aliquid mereretur; nõ fru-
stra videretur iniquitas, vt ex ea fierent
vasa in contumeliam: Cum verò per libe-
rum arbitrium primi hominis in condem-
nationem vniuersa defluerit, procul dubio
quod ex ea fiunt vasa in honorem, non ipsi-*

*us iustitia, quam gratia nulla præcessit. Sed
Dei misericordia: quod verò in contumeli-
am, non Iniquitati Dei, (qua absit, vt sit
apud Deum) sed iudicio deputandum est.*

3. Ratio fauet. 1. Quia condemna-
re aliquem sine causa, est punire sine
culpa; quod iniustum est; & Deo, vt iu-
stissimo, conuenire nequit: Nam ait
S. Au. l. de grat. & lib. ar. c. 23. *Deus red-
dit mala pro malis, quia iustus est: bona pro
malis, quia bonus est: bona pro bonis, quia
bonus & iustus est: Solum non reddit ma-
la pro bonis, quia iniustus non est.*

2. Quia reprobatio præsupponit
prædestinationem Christi: sed hæc
præsupponit præuisum peccatum: ergo
& reprobatio præsupponit pecca-
tum.

Maiores: Quia omnis effectus repro-
bationis ordinatur ad gloriam Chri-
sti, qui constitutus est Iudex om-
nium.

Minor. Qui Christus dicitur à D.
Thoma prædestinatus, vt esset Re-
demptor, ac destrueret peccatum:
Atqui hæc præsupponunt peccato-
res præuisos. Ergo.

3. Quia Reprobatio est actus iusti-
tiæ vindicatiuæ: ergo præsupponit
peccatum.

4. Quia Deus nunquam reprobatur
bonum, sed malum; ergo prius est ma-
lus, quam reprobatus: atqui ante pec-
catum sunt omnia bona. Ergo.

Dico AD I. Pleræque Scharpij
euationes colliduntur ad scopulum
hunc Distinctionis; qua & Prædesti-
natio, & Reprobatio fit vtraque
duplex.

1. *Prædestinatio in se*, siue via inten-
tionis diuinæ, causam habet omnem
in Deo

in Deo; nullam in nobis: At Prædestinatio respectu Effectus sui, seu in via Executionis, habet aliquam in Prædestinato causam, sc. bona opera, quæ sunt fructus gratiæ Efficacis.

2. *Reprobatio Negativa*, in se considerata, seu simplicis nolitionis diuinæ causam habet in Deo voluntatem eius antecedenter; & respectiuè maliæ materiam in se suaque natura corruptibilem: *Reprobatio Damnationis* vero seu *Possitua* causam habet peccatum orig. aut actuale præuisum.

AD II. Permissio Dei prima non est effectus reprobationis.

1. Quia Deus permittit vt etiam prædestinati peccent.

2. Quia defacto permittit, vt omnes in Adam peccarent; nec tamen omnes ideo voluit reprobatos.

3. Illa permissio Non est reprobationis effectus Vltimus; quia punitio vindictiæ iustitiæ posterior est permissione: Nec est primus; quia hæc per se ordinaretur ad finem Reprobationis, scil. ad puniendos homines; quod à Dei bonitate alienum.

AD Confirmationem. Disparitas est: Quia omnia bona in prædestinato sunt Dei; at mala in reprobo sunt huius, non Dei.

Deinde causa prædestinationis est Dei misericordia: reprobationis vero peccatum, vt possibile viribus naturæ solis.

QVÆSTIO XXXIV.

Cur: cum eo fine creati simus, vt saluaremur omnes; aliqui ab hoc fine excidant?

CALVINISTÆ, vt docuimus, omnem & solam causam referunt in vnam Dei voluntatem, ab æterno statutam, etiam sine præuisione vllius culpæ. Et quidem pauculi sunt eis prædestinati: Et circa hos solos suam exerceat, aiunt, misericordiam Deus; iustitiam contra reprobos indictâ causâ eos damnans morti, ad peccatum incitans, quo puniendi habeat occasionem. Sic verò crudelem faciunt Deum contra infantes.

SVADENT istis. 1. *Cum nondum nati fuissent, &c. Esau odio habui: Rom. 8.*

2. *Ibid. Non est volentis, neque currentis; sed miserentis Dei.*

3. *Cuius vult miseretur, & quem vult inducit.*

4. *In hoc ipsum excitauit te, vt ostendam in te virtutem meam. &c. Ergo reprobationis causa est sola Dei voluntas, non reprobati culpa.*

AUTOR. Deus ex se, suaque bonitate creauit hominem, genusque humanum eo fine, vt omnes salui fierent; hucque media naturæ & gratiæ dedit necessaria. Quod autem excidimus omnes, & multi reprobentur; id accidit vitio hominum, non Dei ordinatione. Ita S. Patres Chryl. Dama. D. Thomas. Vnde duplex fit *Dei voluntas. Primaria seu Antecedens* opera nostra: *Secundaria seu Consequens* opera nostra; illa est ex Deo, hæc ex nobis occasionem sumit. Illa est bonitatis, & vult omnes saluos fieri; hæc est iustitiæ. Vnde Tert. l. de resur. *Deus de suo Optimus, de nostro Iustus est.*

Docetur tribus. I. Gen. I. *Creauit Deus*

Deus hominem ad imaginem, quoad dona naturæ, & similitudinem suam, quoad dona gratiæ; eo fine, vt saluaretur: parque fors futura totius erat posteritatis. Nullus igitur ante lapsum ad interitum erat à Deo destinatus. Illud fatetur Calvinus Inst. 1. c. 15. §. 4. *Sub imagine, ad quam homo conditus est, comprehenditur quicquid ad æternam vitam spectat.* Sic & alibi sapius. Si ergo Deus homines condidit ad vitam æternam; vt vere ait Calvinus; quomodo quosdam ad damnationem Voluntate Dei Antecedente destinatos contendit? Deinde ita iubemur, Eph. 4. *Renouamini Spiritu mentis vestra, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est.* sc. ad imaginem ac similitudinem primogeniam: at ita per Christum renouamur. Sic & Colof. 3. *Exspoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius, qui creauit illum.* Ergo ante lapsum Adæ omnes erant iusti; nullus reprobus.

II. Adam in persona totius posteritatis potuit seruare præceptum Dei; alioquin mortem intentantis, Gen. 2. & potuit idem transgredi. Ergo sicut liberè transgrediendo traxit omnes posteros in mortem; sic liberè obtemperando se & posteros à morte vendicasset. Non igitur Deus prohibitu suo destinauit homines ad mortem. Quia Sa. 1. *Deus mortem non fecit.* Quin Sap. 2. *Deus creauit hominem inexterminabilem: inuidia autem diaboli mors intrauit.* Rom. 5. *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors.* Et sic, 1. Cor. 15. *In Adam omnes moriuntur.* Adde, quod ipse fatetur

Calvinus Inst. 2. c. 1. §. 10. *A carnis nostre culpa: non à Deo nostre carnis perditio est: Quando non aliaratione perimus, nisi quia degenerauimus à prima nostra conditione.* Ib. *Homini TANTVM suum exitum adscribendum apparet; cum Dei benignitate & reuerentiam adeptus suâ ipse dementia in vanitatem delapsus est.* Itaque rursus hinc contradicit sibi Calvinus asserens aliquos ad damnationem esse destinatos ex sola Dei voluntate, sine præuisione peccati.

III. Quia Deus decreuit magis suam Misericordiam circa nos declarare, quam Iustitiam. Nam, Pl. 24. *Præuersione via Domini misericordia & veritas.* Pl. 144. *Miserationes eius super omnia opera eius.* Quare hoc qui negat, vt Calvinus, est impius. Hocque amplius, quod Dominus nos hortatur, Luc. 6. vt misericordes simus etiam erga inimicos: tum quia isto superamus gentilitium benignitatem: tum quia filij Dei sumus, qui iustis iniustisquæ benignè facit. Quo minus credendum est sine præuisione peccati quosdam reprobasse. Planè nostra sententia spernitur suscitatur peccatoribus; Calvinus autem cunctis obiicit desperationem, Deum tyrannidem.

Manet igitur istud: In decedentibus absque baptismo paruulis reprobationis causa est pec. orig.: in Adultis baptizatis, pec. actuale finale: in Infidelibus pec. or. & actuale.

DICO AD obiectas Autoritates.
1. Eæ loquuntur de homine corrupto per pec. orig. iuxta S. Patres non de reprobatione ante præuisionem peccati, vt Calvinus fingit.

2. Agunt de reprobatione à gratia: at Cal-

at Calvinus infert reprobationem à gloria ante præuulsum peccatum. Cur igitur hic reprobatur, non ille? Quia impius est & peccator. I. Cor. II. Propter incredulitatem. Aug. l. I. ad Simplicianum. c. 9. *Deus non odit Esau hominem; sed odit Esau peccatorem.* Idem epist. 105. *Quibus Deus misericordiam non impertitur, ut non impertiatur, merentur.* Ergo Mat. 25. *Ite maledicti: & c. e-furiui enim, & non. & c.*

QVÆSTIO XXXV.

An decretum Dei tollat arbitrij libertatem, ut inuitabili necessitate, hi saluentur, illi per-eant?

LYTHERVS in Assert. art. 36. ait: *Liberum arbitrium est figmentum in rebus; seu titulus sine re. Quia nulli est in manu sua quippiam cogitare mali aut boni; sed omnia sub Deo sunt: contra quem nihil possumus. Vnde Post: Certi stant omnia lege.*
SVADET isto. It. 41. *Benè, aut Malè, si pot. estis facite.*

AVTOR. De isto hic strictim; infra de plano & pleno.

I. Vnus liberi arbitrii in moralibus pendet ab naturæ viribus: Teste experientia. At in supernaturalibus pēdet à gratia: Quam ut habeamus non est in nostra potestate: Est tamen hoc, ut donatâ rectè utamur cooperantes eidem.

DICO AD Isaiam, hunc ibi loqui de idolis gentium; non de hominibus.

CALVINVS affirmat Inst. 3. cap. 21. §. 7. 2. Item c. 23. §. 8. *Obtinere volunt, permittente modo, non autem Volente Deo; perire impios.* 3. Ibid. *Non dubitabo cum Augustino simpliciter fateri, Voluntatem Dei esse, rerum Necessitatem; atque id necessarium futurum esse, quod ille noluerit.*

SVADET igitur ista Calvinus istis. I. Quia

Nil fit permittente, sed omnia Volente Deo fiunt.

2. Voluntas Dei est necessitas rerum.
3. Idque teste S. Augustino.
4. Extinctum, aut labefactatum est lib. arbitrium orig. peccato.
5. Quia ut lapsus in latrones, spoliatus est vestibus gratiæ, & vulneratus est in carne: sic & lib. arb. est exutum gratia, & semiuiuum in naturæ donis. Vnde laborat ab Ignorantiæ, Malitiæ, Infirmi-tatis, & Concupiscentiæ vulneribus.

6. Præscientia Dei est infallibilis: ergo quicquid futurum præscit Deus, id infallibiliter futurum est: At præscit omnia quæ facturi sumus: ergo infallibiliter sunt futura; sientque necessariò.

AVTOR. Cum homo in statu innocentiae cum lib. arbitrio sit creatus; ipso teste Caluino Inst. l. c. 18. §. 8. idque Calvinus amissum velit: age quo Modo amissum erit?

1. Per pec, originale?
2. Actuale?
3. Gratiam Dei?
4. Præscientiam Dei?
5. Voluntatem Dei?
6. Prouidentiam & Prædestinationem Dei?

At horum nullo modorum.

I. NON per Pec. Orig. I. Ita Conc. Trid. sess. 6. can. 5. ex Scripturis: Vide *Antichristum* p. 4. q. 20. Num. 30. *In arbitrio viri erit, siue faciat, siue non faciat.* Hoc & similia dicuntur de homine post lapsum; ergo habet lib. ar. & non amisit per pec. orig.

2. Experientia docet omnes homines esse liberi arbitrii in omnibus humanis actionibus.

II. NON per Pec. Actualia: Quia, tametsi peccator nequeat agere opera meritoria, & supernaturalia sine

Dei gratia; potest tamen moralia & naturalia. Testes in Scriptura omnes insigniti peccatores à Cain vsque ad Hominem peccati.

2. Ratiocinatio S. Augustini lib. de vera relig. c. 14. est euidens: *Vsq̄ adeo peccatum voluntarium est malum, vt nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium.* Et infra *Et quoniam peccari dubium non est: nec hoc quidem dubitandum videri, habere animas liberum voluntatis arbitrium.*

III. Non per Gratiam tollitur lib. arb., sed confirmatur.

1. Quia non per Præuenientem; cui, ait *Trid. sess. 6. c. 5.* homo liberè assentitur, & cooperatur, ita vt possit dissentire. Hinc tam sedulo nos Scripturæ monent conuerti, audire, obedire, sequi, adduntque minas, & increpationes.

2. Non per Gratiam Adiuuantem. Quia concursus Dei ad naturalia non tollit libertatem arbitrij; ergo nec gratia Adiuuans, quæ est concursus Dei ad supernaturalia.

3. Nec per Iustificantem gratiam; quia hæc perficit naturam, non destruit. Nec obstat istud Ioan. 6. *Nemo venit ad Me, nisi pater meus traxerit eum.* Quia tractio Dei inuitat amore, affectuq; voluntario; non necessitat: ait *Aug. tract. 26. in Ioan.*

IV. Non per Præscientiã Dei tollitur aut impeditur libertas Arbitrij. Quia cum illa sit duplex, Conditionata & Absoluta; neutra derogat libertati arb.

1. *Conditionata* antecedit liberũ decretum Voluntatis diuinæ quæ præcognoscit Deus, quid liberum arbi-

trium hominis aut Angeli facturum esset, ex hypothesi, si sic & sic in rerum ordine poneretur; Vt iniustos ad contritionem, si hæc ei prædicaretur: iustos lapsuros, nisi fugerent, aut è vita &c. raperentur.

2. Absoluta sequitur Decretum Dei liberum: quæ præcognoscit reip̄sa futurum: Sic in Vet. Testa. prædixit futura in Nouo. Vnde Tertul. l. 2. contra Marcionem: *Præscientia Dei tot habet testes, quot habet Prophetas.* Vtraque est infallibilis: quia Dei intellectus est infinitus, extendens se ad omnem veritatem.

Neutra pugnat libertati arbitrij. *Non Conditionata*; quia nec remponitur minus in re quicquam; quia ex hypothesi præscit. *Non Absoluta*; quia non aufert minus necessitat in re; nisi secundum Modum rei futura præscit: vt necessaria necessariò, contingenti contingenter, quoad nos, libera liberè futura præcognoscit.

2. Deinde *Aug. l. de bono perse. c. 9. 10. Et l. de Corrupt. & grat. c. 8.* Præscientia Dei non tollit lib. arb. *quia Præscientia est*: alioquin & nostra tolleretur vt si præsciret Iacob à filiis faciendâ Gen. 48. eos nil necessitauit ad ea: *Non quia Dei est*, alioquin tolleretur & Dei libertatem, præscit enim quæ facturus est.

3. Demum Adam in statu integro habuit lib. arb. vt fateatur Calvinus: & aliquid ex eo peregit: & acturum id præsciuit Deus; non tamen hæc præscientia ademit ei libertatem arbitrij.

V. Non per Decretum Dei impeditur libertas arbitrij.

1. Non

1. Non decreto concursus sui Generalis ad omnes lib. arb. actiones naturales: quia est simul tempore & causalitate cum nostra actus determinatione: nō est prior, nec determinat nostram voluntatem ad agendum.

2. Nec decreto concursus specialis per gratiam præuenientem, adiuuantem, aut iustificantem: vt suprâ liquet. Vtrumque Decretum Dei est, vt præscientia, secundum Modum cuiusque rei; ad quam ipsa res condidit; vt necessaria necessariò fiant; libera liberè; liberaque bona causet liberè; mala, permittat liberè fieri.

VI. NON PER PROVIDENTIAM seu Prædestinationem infringitur libertas ar. Quia in illa solum spectari potest Præscientia & voluntas Dei: at neutra lædit lib. arb. in se, aut in actis.

DICO AD I. Absurdum id: quia sic Deus vellet fieri peccata, quæ permittit fieri.

AD II. Absurdum. Quia omnia, etiam ciuilia, fierent necessariò.

AD III. Falsum est. Nam S. Aug. l. 6. de Gen. ad lit. c. 15. docet creationem non fuisse in potestate creaturæ, sed Dei; cuius, ait, voluntas rerum necessitas est, sc. creandarum, non faciendarum postea, vt falso interpretatur Augustinum Caluinus.

AD IV. Supernaturalia dona perdidit homo; naturalia consequenter in sese debilitauit, non perdidit. Malè igitur Pelagiani aiebant, lib. arb. nullatenus esse læsum: Malè Calvinianis esse extinctum: Benè Trid. sess. 6 c. 1. Non extinctum, sed viribus attenuatum.

AD V. Homo tria habuit ex iustitia originali.

1. Gratiā iustificantem, siue Rationis sub Deo subiectionem.

2. Appetitus sub ratione subiectionem.

3. Corporis immortalitatem. Spoliatus primo, dicitur vulneratus in secundo, propter rebellionem & reliqua incommoda consecuta: tertium fatale erat & est. Animæ enim vt quatuor sunt Potentiæ; sic & vulnera: Intellectus, ignorantia; Voluntas, malitia; Concupiscibilis, auiditas absentium, voluptas præsentium Bonorum verorum, seu apparentium; Irascibilis deniq; metus de absentibus; ira de præsentibus Malis.

AD VI. Præscientia Dei dat rebus futuris Certitudinem, non Necessitatem: cum illa, non cum hac, potest stare salua libertas. Necessitas verò duplex est: Antecedens, quæ oritur ex causa antecedente necessaria: vt cras oriri solem necesse est: Comitans, seu consequens, quæ oritur ex ipsa positione effectus seu liberi, seu necessarij: vt hominem sedere, sedisse, sessurum, posito, quod sedeat, sederit, aut sit sessurus. Hæc necessitas est absoluta, expositione facti: non illa. Quare ideo futura à Deo prænoscentur, quia fient: Non ideo fient quia prænoscentur: Sicque præscientia est rebus futuris posterior, non prior. Ita S. Patres & Scholastici.

III. DE LIBERI ARBITRII NATURA.

QVÆSTIO XXXVI.

Ecquid est Liberum Arbitrium?

AVTOR. I. *Liberum arbitrium est Iudicium rationis, cum Electione voluntatis: ita Magist. 2. Sent. 2. Alijs significat solius rationis actum, id est, iudicium: Quia, ait S. Bern. liberè de actu voluntatis iudicat. Vel, ait Tapperus, quia indifferens est; & in particulari iudicamus, ut volumus.*

3. D. Thomæ, & S. Patribus significat actum solius Voluntatis; eò quòd is solus verè & propriè liber sit: Diciturque Electio; quæ est quædam quasi iudicium ultimum voluntatis. Sic dicitur, viue pro arbitrio.

Arbitrium verò dicitur potius, quàm iudicium; quia Arbitri sunt liberiore Iudicibus: Hi enim tenentur sequi leges in iudicando; ut, si iudicare secius videantur, ab eis possit appellari: Arbitri verò sententiam ferunt, ut volunt; nec ab eis datur appellatio.

Arbitrii, & voluntatis eadem potentia est; Et potentia hæc, quâ respicit finem, *Voluntas*; quâ media, *Arbitrium* dicitur.

Libertas triplex est: *Natura*; quâ concreatâ nobis liberamur ab naturali inclinatione, nos ad determinatum actum necessitante. *Gratia*, quâ ab peccatis; *Gloria*, quâ ab mortalitate liberamur.

Libertas Natura duplex est.

I. *A Coactione simplici*: Sic libera sũt,

quæ, etsi non possint non fieri, sunt tamen spontè: Vt cum Deus gignit Filium, cum appetimus beatitudinem.

II. *A Necessitate*, quâ libera sunt, quæ pro arbitrio possumus velle, aut non velle, aut nolle: ut dum loquimur. &c.

I. CALVINVS Inst. 2. c. 2. §. 4. conueniunt hoc, (*Liberum arbitrium*) fert impatienter. Nimis, ait, Philosophicè hac de locuti sunt, quasi Christi iactant discipulos. Nam quasi adhuc integer staret homo, semper apud Latinos *Liberi arbitrii* exitit nomen. Græcos verò non puenit multò argantius vsurpare vocabulum; siquidem auctores dixerunt; *at si potestas sui ipsius penes hominem fuisset.* 2. Ib. §. 8. *Si quis vocis huius (Liberum Arbitrium) vsus non prauâ intelligentiâ sibi permittat; per me quidem non vexabitur od. eam. Sed quia sine ingenti periculo non posse retineri esse; magno contrâ Ecclesie bono futurum, si ABLEATVR. Neque ipse vsurpare velim; & alios, qui consulant, ABSTINERE optarim.*

AVTOR. Etsi vocabulum hoc, *Liberum Arbitrium*, in S. Scriptura non sit; res ipsa tamen habetur. Num. 30. *In arbitrio viri erit.* &c. 2. R. g. 34. *Trium tibi optio datur, elige.* Dan 12. *Quælibet ligam.*

DICO igitur Calvinistis, quod S. Aug. l. 7. c. 9. de Trin. Pascenio Ariano, contententi vocem *liberum arbitrium* in scriptura non extare; respondit, *Etsi nomen non reperitur: res tamen habetur in ea.*

Liberum arbitrium igitur est potentia non habitus, vel actus: *libera* non inde terminata ceu voluntas: *intelligenti nature* attributa, ut subiecto; ex his, quæ ad finem aliquem conducunt, ut obiecta potentia, versantis circa Media tantum, unum præ alio eligendi, actu contrarietatis seu specificationis; aut respuendi, actu contradictionis.

QVÆ.

QVÆSTIO XXXVII.

Vtra Libertas requiritur ad liberum
arbitrium constituen-
dum?

LYTHERANI, apud Mart. Bucerum lib. de concor-
dia doct. requirunt solam à Coactione libertatem,
negant illam à Necessitate: Sicque volunt intelligi
istud, Hominem esse liberi arbitrii.

CALVINVS Inst. 2. cap. 2. §. 6. idem asserit i-
psum: & affingit Lombardo 2. dist. 25. eandem
sententiam; quod à coactione soluti sumus.

AT idem Cal. ib. c. 3. §. 5. sibi contra-
dicit: Lombardus, ait, cū necessitatem à Coa-
ctione distinguere nesciret, pernicioso errori
materiam dedit. Alphonsus à Castro di-
cit idem eū Caluino; sed explicat se:
Coactionem esse quamlibet deter-
minationem ad vnum aliquid.

SVADENT istis ex S. Aug. Bern. & S. Tho-
ma.

1. Aug. in Enchir. c. 105. Beati esse sic volumus,
vt esse miseri non solum nolimus, sed nequaquam
prosumus velle possumus. Beatitatem libere volu-
mus, & tamen aliter non possumus. Ergo li-
bertas à Coactione sufficit ad arbitrium li-
berum.

2. Aug. Deus liberè vult iustitiam, & eam
tamen necessariò vult. At hæc est libertas à
coactione; eademque est homini.

3. lib. 5. Ciu. c. 10. Si Necessitas est, qua necesse
est, vt ita sit, aut fiat aliquid: nescio cur eam timea-
mus ne nobis libertatem auferat voluntatis. Neque
enim & vitam Dei, & Praesentiam Dei sub ne-
cessitate ponimus, si dicamus, necesse esse Deum sem-
per viuere, & cuncta præscire.

4. S. Bern. serm. 81. in Cant. Nescio quo miro
modo ipsa sibi voluntas, peccato in deterius mutata,
necessitatem faciat; vt necessitas, cum voluntaria
sit, excusare non valeat voluntatem: nec voluntas,
cum sit illicita, excludere necessitatem. Intra. Ani-
ma malè liber à necessitate & ancillà, tenetur; Et an-
cilla libera propter & necessitatem; & voluntatem;

Eoque rea, quo libera, eoque ancilla, quo rea; & per
hoc eo ancilla, quo libera.

§. S. Tho. q. 10. art. 2. ad 5. ait solam coactione
repugnare naturali libertati voluntatis. Et
q. 83. art. 2. ad 3. ait, per peccatum perisse liber-
tatem gratiæ, non naturæ, quæ est à coactione.

AVTOR. Libertas à Necessitate o-
mninò requiritur ad liberum arbitri-
um; & non sufficit libertas à coa-
ctione.

1. Quia Ec. 15. Deu. dereliquit hominē
in manu cōsiliij sui: adiecit mandata: si volue-
ris ea seruare, conseruabunt te. Apposuit tibi
ignem & aquam. & c. quod placuerit ei, da-
bitur illi: Ecce libertatem contradi-
ctionis Volendi & non volendi: Item
Contrarietatis, in eligendo & respu-
endo.

2. Sic definiunt Concilia: vt A-
rausicanum can. 25. Trident. sess. 6. c.
5. Et decretum Pii V. Quod voluntariè
fit, etiam si necessariò fiat, liberè tamen fit.
& c. Sola violentia repugnat libertati homi-
nis naturali.

3. Ita & S. Patres, cum Theologis
ex Magistro Lombardo.

4. Ratio. Si ad lib. arb. fat foret li-
bertas à coactione, sequerentur ab-
surda ista.

1. Etiam pecoribus esse lib. arbit.
nam sponte feruntur ad pabulum.

2. Etiam pueris, furiosis, & c. vsu ar-
bitrii priuatis esset liberum arb. quia
sponte agunt, ait Arist. 3. Eth. c. 2. 3. Deū
ex libero arb. genuisse Filium; quia
non coactus genuit.

4. Nulla foret controuersia; quia
nec philosophi, nec Manichæi, nec
vlli negarunt homines esse liberos à
coactione. Demum est Consultatio;
ergo & libera Electio.

Dico

DICO AD I. In appetenda beatitudine voluntas nostra in hac vita est libera, quoad Exercitium; quia potest eam appetere, & cessare ab appetendo: at libera non est, quoad Specificationem; quia non potest velle miseriam. Neque Beatis tollitur in cælis libertas per necessitatem non peccandi; quin confirmatur.

AD II. Vt beati habent necessitatem, quoad Specificationem; quia non possunt velle miseriam; nec ideo tamen priuantur libero arb. Ita Deus vult iustitiam ex necessitate, quoad Specificationem: quia non potest velle iniquitatem: nec ideo tamen non est liberi arb.

AD III. Aug. ibid. distinguit necessitatem in *Vnam* quæ facit, vt res non sit in potestate; qualis est necessitas moriendi: *Inque Aliam*, quæ facit rem non esse in potestate: Priorem ait pugnare cum lib. arb. at Posteriorē non. Et huius posterioris dat exemplum de vita Dei, præscientia Dei, potentia Dei, deque lib. arb. humano. *Necessitas ait, non facit vt opera lib. arbitrij non sint libera; sed cogit vt sint libera. Nō enim cadit illa necessitas super Opera, si d' super modum. Non enim necesse est absolute, vt homo hoc velit, aut illud: sed est in eius potestate velle hoc aut illud, aut nō velle; tamen p'sito quod velit, necesse est eum liberè velle.*

AD IV. Loquitur de necessitate Conditionata, quæ non repugnat libertati, vti Absoluta. Sic arbor mala, dum est mala, non potest bonos fructus facere: ita & voluntas, dum vult malè, necesse est vt faciat malum, sed liberè.

AD V. S. Thomas loquitur de voluntate simplice; non vt est principium electionis. Itemque de coactione vt est determinatio ad vnum, siue necessitas.

QUESTIO XXXVIII.

An DEVS sit liberi arbitrij?

LUTHERVS in assert. att. 36. adprobat sententiam Wiclefi, dicentis, *Deum non posse facere, nisi quæ facit; Omniaque ex necessitate absoluta euenire.* **BUCERVS** lib. de Concordia. &c. tradit, *Deum necessariò agere, quicquid agit, nec posse aliter facere.*

CALVINVS Inst. l. c. 16. §. 3. *Sane omnipotentiam sibi vendicat, ac deferrè à nobis vult Deus; non qualem Sophista, Papista, fingunt, otiosam, & h're sopit. an; sed operosam. Infra: Ideo censetur Omnipotens, non quod possit quidem facere, cessa; sed quia. &c. Carpit nos docentes, Deum multa posse facere, quæ non facit; & posse multa non facere, quæ facit; ideoque propter liberum esse.*

SVADENT istis. 1. Arbitrij libertas in eo est, vt possit quis velle & non velle; hocq; nō illud: at istud repugnat Immutabilitati Dei.

2. Voluntas Dei & Sapientiæ conformis; sed hæc non potest non iudicare id esse melius fieri, quod re ipsa fieri melius est: ergo nec voluntas non potest non idem eligere.

3. Velle Dei est necessarium; quia eadem quod esse Dei, ergo non est liberum.

4. **DEVS** ab æterno voluit omnia quæ fecit, tacit, facturum est; ergo iam determinatus est ad vnum, nec aliud velle potest.

5. Inde terminatio imperfectionem significat: non ergo locum habet in Deo.

6. Si **DEVS** posset facere, quod non facit, haberet potentiam passivam & otiosam: quod absurdum.

AUTOR. I. **DEVS** est liberi arbitrij vnde quaque; fecitque hominem ad imaginem & similitudinem suam.

1. Sic Scriptura in meo *Antichristo* p. 4. q. 21.

2. Huc

2. Huc conuenit S. Patrum consensus: Greg. Naz. Nyss. Amb. Aug. in Enchir. c. 95. *Tunc videbitur, quam multa posse Deus, & non uelle: nihil autem uelit, quod non possit.*

3. Ratio 1. Deus est causa efficiens omnium intelligentiarum ac rerum: ergo uoluntate, non necessitate operatur. Cur enim tot essent Intelligentiæ, & non plures; uirtutis tantæ, nec maioris, minorisue: &c.

2. Quia Deus est infinitus; ergo potest & plura & perfectiora facere; quã fecit.

3. Si ex necessitate, non liberè faceret omnia Deus; frustra ei preces, ara, sacraque fierent propitiando: at communis naturæ instinctus hæc docuit omnes gentes.

4. Denique homo est liberi arbitrii; ergo & DEVS.

II. *NOTA ex D. Th. q. 24. de Verit. art. 3.* Possè uelle bonum & malum, nõ est simpliciter Arbitrii, nec de essentia eius: sed ut id est in natura creata ex nihilo, ac proinde defectibili: Sed fat est libero arbitrio, habere optionem & electionem rerum diuersarum. Et hæc libertas non conuenit Deo, Angelis, Beatis: possè eligere malum, imperfectio est. Idem est de Possè mutare actus Volendi & Nolendi: Hæc enim sunt creaturæ naturæ, non Arbitrii simpliciter. 2. *Velle Dei* dupliciter capitur. 1. *Absolute*, ut est idem quod esse Dei: Sic est necessarium, non liberum. 2. *Obiectiue*, ut dicitur ordinem ad obiectum *Intrinsicum*, scilicet ad Dei sapientiam, potentiam. &c. Sicque est idem cum Esse Dei: Vel ad *Extrinsicum*, scilicet ad res creatas:

sic liberum est, non necessarium. *Quia* Deus non potest non uelle suam essentiam: potest autem non uelle res creatas. *Vel*: Deus uult amatque seipsū necessariò: alia uero liberè: Quia uelle Dei non necessariò terminatur ad hanc rem uel illam: quia res non sunt Deo necessariæ; suntque ex hypothesi appetibiles, quã scilicet Dei gloriam manifestant.

Dico AD I. Velle, & non uelle in Deo non significat mutationem actus; sed quod terminetur, uel non terminetur ad tale obiectum: itaque in hoc ut creato, non in Deo fit mutatio.

AD II. Conformitas Sapientiæ diuinæ cum Voluntate non importat necessitatem: Quia Eph. 1. *Deus operatur omnia secundum Consiliū uoluntatis suæ.*

AD III. Velle Dei est necessarium quoad actum uolendi; at non quoad ordinem ad creaturam.

AD IV. Actus uoluntatis diuinæ determinatus est absolute in se; sed non obiectiue; Et hoc modo, non illo, potest se aliter habere.

AD V. Indeterminatio oritur Vel ex causa, in actum exire potente; Vel ex effectu, non habente necessarium ordinem ad causam; Illa non est in Deo, sed in iis, qui rem non perfecte cognoscunt, ideoque deliberant: Hæc dicit perfectionem in causa, ut in dependente ex effectu.

AD VI. Potentia passiuæ nondum est reducta in actum, unde & ab actu distinguitur; at Dei potentia, cum sit Diuina Essentia non distinguitur ab actu; sed est purus actus; ideo nulla passiuæ potentia in esse Deo potest:

IV. DE VIRIBVS LIBERI ARBITRII IN Naturalibus rebus.

QVÆSTIO XXXIX.

An Viribus naturæ cognosci possit Deum esse, & vnum esse?

CALVINVS *Inst.* 1. c. 2. & lib. 2. c. 2. fatetur ethnicos solo naturæ lumine generatim cognouisse Deum; quod sit aliquis; at nescisse Deum verum, vnum ac solum esse.

Proinde LUTHERANVS Heliusius *l. de erroribus Pontificiorum*, ponit istud: Dicunt Romani in Catholismo, Possesse Deum esse, & vnum esse lumine naturali cognosci. Id quod negant Luthero-caluinista.

SVADENT istis. I. Quia Ioan. 1. *Lux in tenebris lucet; & tenebræ eam non comprehenderunt. In mundo erat, & mundus eum non cognouit.*

2. Aug. l. 10. *Confes. c. 6. ait, Cælum & terram clamant; Ipse fecit nos, & non ipsi nos; surdis tamen canunt, nisi Deus altius misereatur.*

AVTOR. I. Mens humana per peccatum orig. non ita est læsa, vt nō possit solis naturæ viribus multas veritates theoreticas & mæchanicas cognoscere. Constat inter omnes etiam aduersarios.

1. *Quia nulla res destruitur propria operatione: sed intelligere verum propria est intellectus operatio.*

2. *Quia non est impotentior intellectus intelligendo, quam sensus in sentiendo: sed hic potest sine auxilio gratiæ specialis sentire: ergo & is intelligere.*

II. Deum esse, & Vnum esse solis

naturæ viribus cognosci potest.

1. Sic Scripturam in *Antichristo p. 4. q. 22.*

2. Sic & S. Patres: S. Iustinus Mart. Irenæus, Tertul. Cyp. Laët. lib. 1. *Instit. c. 3. Nemo est, qui sapiat, rationemque secum putet, qui non Vnum Deum esse intelligat.*

Ratio fauet. Quia si non posset cognosci naturaliter vnus Deus, fieret *Vel quia obiectum est supernaturale: Non hæc; quia Sap. 13. A magnitudine speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit horum Creator videri. Vt testatur demonstrationes factæ à S. Patribus ex effectis naturæ: quod autem naturalibus doceri potest rationibus, non superat naturalem intellectum. Vel quia actus intelligendi vnitatem Dei est difficilis, aut impossibilis. At nec hoc: Quia ubi affertur demonstratio, ibi assensum difficile non est: sicque nil opus speciali auxilio.*

DICO AD I. Ea dicuntur de Christo ac proinde de S. Trinitatis mysterio, quod naturæ soli incognoscibile est. *Deum; vt lux illuminet tenebras; haec tamen lucis sæpe prævalent. Item: haec relicta naturæ, in tenebris ignorantia lucet aliquantisper. Vnde S. Aug. in ep. ad Rom. Quos arguit Salomon Sap. 13. non cognouerunt per creaturam Creatorem: Quos autem arguit Apostolus, cognouerunt; sed gratias non egerunt.*

AD II. S. Aug. ibi loquitur de Amore, non de Cognitione Dei; quod homines non, vt Deum cognouerunt, sic ament ac laudent.

QVÆSTIO XL.

An homini sit liberum arb. in operibus Naturalibus & Ciuilibus?

LUTHERVS & Melancthon principio negarunt: Deiu postea retractarunt: Ipsi tamen inuicem sibi contradicunt.

LUTHERVS in ass. et art. 36. In ceteris ferenda est leuitas & stulticia Papa: sed in ar. de seruitute arbitrij, qui rerum nostrarum summa est, dolendum ac stendum est miseris si insanire. Idem lib. contra Regem Anglorum ait, qui secus doceret, quod damnet Deum, maneatque filii sgehenæ. Idem in summa doctrinae art. 36. Liberum arbitrium est signum in rebus, & titulus suæ Quia nulli est in manu quicquam cogitare boni vel mali, ut Wiclef articulus, Constantia damnatus, recte docet, sed omnia de necessitate absoluta eueniunt. Infra: Non est dubium Sathana Magistro in Ecclesiam venisse hoc nomen Liberum arbitrium.

AT idem retractat lib. de Visit. Saxon. Homo habet ex propria virtute liberum arbitrium ad faciendum vel omittendum opera externa, per legem & pœnas ad actus. Potest & faculare probitatem facere ex propria virtute, à Deo ad hoc datâ. Paulus enim vocat eam iustitiam carnis. Et sic utique habet libertatem fugiendi malum, & faciendi bonum.

MELANCTHON in Locis Commu. anni 1521. detestatur nomen lib. arb. vt à Scripturis alienissimum. 1. Defendit Laur. Vallam contra Eckium, 3. Arguit philosophiam. 4. Tollit omnem libertatem & Contingentiam. 5. In Comment. ad Rom. 8. ait Non solum opera in differentia, sed etiam peccata in nobis à Deo fieri.

AT idem in Locis posterius editis directè contradicentia asserit; & rectè. Quocirca hac in re nulla nobis cum Lutheranis intercedit controuersia: multa verò cum Caluinianis.

CALVINISTÆ negant habere hominem, post lapsum, vlla in re liberum arbitrium; ac ne vel in indifferentibus & ciuilibus. Ita Lau. Valla lib. de lib. arb. Bucerus lib. de Concordia.

CALVINVS Inst. 1. c. 16. §. 8. Et l. 2. cap. 4. §. 6. &c.

SVADENT Caluinistæ istis Scripturis ex Caluino. Exod. 11. Ægyptii pretiosiora dederunt Iudæis impulsu Dei. 2. Gen. 43. Der vobis Deus inuenire misericordiam coram vtro: Ergo Deus flexit arbitrium. 1. Reg. 17. Irruit super eum spiritus Domini. Deus, 2. Reg. 11. fecit vt Absolon non sequeretur consilium Achitophel. Inclinauit cor Roboam, 3. Reg. 12. vt sequeretur consilium iuuenum. &c. Luth. & Melancthon his plura addensant, apud Bell. l. 4. cap. 11.

AVTOR. I. Non ferenda temeritas est non ferentium vocem Liberum Arbitrium; idque in Seruum arbitrium mutantium.

1. Quia 1. Tim. 6. Vocum nouitatem deuita: talis est seruum arbitrium.

2. Quia omnium ætatum scriptores Christiani sunt voce Lib. arb. vsi; vel ipso teste Caluino Inst. 2. c. 2. §. 4. Semper apud Latinos liberi arbitrij nomen extitit: Græcos verò non puduit arrogantius usurpare vocabulum ἀνεξέστων.

3. Si vox ea est bona: ergo retinenda: si mala & ab Sathana inuecta; ergo nunquam fuit Ecclesiæ doctrina pura; Nec verum sat illud: Porta inferi non præualebunt aduersus eam.

4. Demum quod ea nusquam extet in Scripturis, causa est, quod post has conditas oppugnare lib. arbitrium cæperunt hæretici.

II. Homo in naturalibus & ciuilibus est liberi arbitrii.

1. Sic Scripturis liquet in Antichristo p. 4. q. 23.

2. Huc contentiens Traditio S. Patrum conspirat. Nam eos hæresios arguerunt, qui liberum arbitrium negarunt: Vt 1. Simonem Magum S. Clemens. Recognouit. 2. Bardesanem

sub annum 170. S. Aug. l. de heresib. c. 35. 3. Manetem sub annum 270. S. Hieronymus in prefat. dial. aduersus Pelag. 4. Priscillianum, sub annum 390. S. Augustinus l. de heresib. c. 70. Istos idcirco condemnat S. Leo epist. 91. & Conc. Bracaracense I. Can. 10. 5. Abailardum damnata hæresios innouatorem damnauit Innocentius II. & Conc. Senonen. 6. Wiclefum item anathematizauit Conc. Constantiense sess. 8. 7. Denique Lutheranos Leo X. Caluinum, Conc. Trid. condemnauit. Testimonia S. Patrum hic densare nil attinet obuia.

3. RATIO pugnat. Quia sic communis Sapientum ethnicorum semper docuit consensus omnium & nationum & ætatum.

2. Nulla fuit republ. aut Communitas, cui non fuerit Consilium publicum, leges, pœnæ, præmia: quæ præsupponunt libertatem arbitrii hu mani.

3. Quia experientia constat, quod, qui negant liberum arbitrium suos ij hortantur, compellunt, præcipiunt, minantur, puniunt, sc. vt liberos arbitrio.

4. Euidens est homines peccare; at peccare nemo potest sine libero arbitrio: Necessitas enim non habet legem, neque peccat: ait S. Aug. l. de vera relig. c. 14.

5. S. Greg. Nyss. l. 7. de philosophia. c. 1. Consultatio ad Electionem ordinatur: ideo vt est vis consultatiua, ibi & electiua est; at vbi hæc, ibi Libertas arbitrii.

6. Demū Calu. Inst. 1. c. 5. §. 8. ex isto Ec. 15. Deus creauit hominē, & reliquit illū

in manu consilij sui: fateretur conditum hominem fuisse cum lib. arbitrio: lapsum tamen eo excidisse. Cur autem perseverasse liberum arbitr. neget, causam habet non aliam; nisi quod fingat id pugnare prouidentia Dei.

At hæc non incepit primum post Adæ lapsum: facit enim eadem anteq. nec impediabatur a libertate arbitrii: cur igitur post lapsum impediatur? Præsertim cum illius sit conseruare naturas, non destruere.

DICO AD SCRIPTURAS obijci solent NOTANDA ista.

1. Libera Electio, & libera Executio electi differunt: quod illa, nō hæc sit ad libertatem arbitrii necessaria: vt notat S. Damasc. l. 2. de fide c. 26. Vnde potest Deus, & homo impedire Executionem saluā tamen libertate arbitrii Eligentis.

2. Nec libertas arbitrii excludit operationem Dei: nam hæc minime necessitat voluntatem; sed inuitat, regit & adiuuat ad bonum semper: vt iuxta Modum cuiusque naturalem: qui in homine est liberè eligit, sequi, aut respuere gratiā sufficientē. Si vocem eius audieritis, istud euadit verum, Isa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine, per gratiā: Huc hominis est preparare cor: Attamen homo cogitat viam suam, liberè: Ideoque persæpè Non via mea via vestra.

3. Quatuor modis inclinatur voluntas a Deo. 1. Physicè eam determinando ad vnum certum immediate. 2. Mediante forma quam in voluntatem imprimat. Sic D. Th. q. 22. de verit. ar. 8. 3. Obiectiue, per internam suasionem efficacem. 4. Obiectiue sic, vt efficacia pro-

proveniat ex dispositione voluntatis, non ex impressa vi persuasionis. Secundo & quarto modo saepe utitur Deus, salva libertate arbitrij: id quod controversum non est. Scripturae igitur obiecta, pleraque pertinent ad secundum & quartum modum. Caetera ex praedictis liquent.

QVÆSTIO XLI.

Libertas arbitrij concordetne, an pugnet cum Providentia Dei Cooperantis?

CALVINUS totam rationem, cur hominem carere velit libero arbitrio, ponit in eo; quod libertas arbitrij (ut fingit) pugnet cum providentia Dei. Bellar. l. 4. c. 7.

SVADET IUSTI. I. Aug. l. 6. de Gene. ad lit. c. 1. *Conditoris voluntas, rerum est necessitas. Et c. 17. Hoc autem necessario futurum est, quod Deus vult: & ea se ferè futura sunt, quae ille praesciuit.* Deus igitur necessario praenoscit omnia futura sic, ut falli nequeat: ergo futura necessario eveniunt.

2. Praescientia Dei, (quam includit in se Providentia) est causa rerum: ergo res ideo erunt, quia futuras praescit Deus; non contra: alioquin Deus penderet à rebus creatis; foretque scientia eius mutabilis, & accidentaria.

3. Dei Voluntas rerum est omnium prima causa, decrevitque ab aeterno, quid fieri velit: quae cum sit efficacissima, videtur nulla arbitrij libertas posse cum ea stare. Confirmat Calvinus experientia; nam saepe in rebus apertis deficit nos consilium; in obscuris subita lux affulget: saepe in leuibus negotiis animus flaccescit; in arduis sese erigit: quae indicia sunt, mentes nostras à Deo gubernari.

AVTOR. I. Dei Praescientia, (quam includit Providentia) est certissima; neque tamen futura necessitat: nec

cum libero arb. pugnat. QVIA: 1. *Non quae Praescientia est; quia tum & hominum praescientia necessitatem inferret rebus; at non infert; cum non sit causa rerum, neque aliquid in rebus ponat.* 2. *Non quae Dei est; quia haec non est causa rerum; cum actus nequeat esse causa obiecti sui; sed contra, obiectum est causa actus.* Vnde *Non ideo res eveniunt, quia Deus praesciuit futuras; sed ideo Deus praesciuit, quia futura erant.*

II. Scientia in Deo duplex est.

1. *Simplicis intelligentiae*, quae res omnes possibiles cognoscit.

2. *Visionis*, quae tantum ea cognoscit, quae re ipsa sunt, erunt, aut fuerunt. Quia Visio terminatur ad existentiam rei; non ad solam possibilitatem: Et ita simplex intelligentia est prior visione; inter eas media voluntas. Vt hic esse ordo videatur: 1. Deus cognoscit res, quae quoquo modo esse possunt. 2. Voluntate decernit ex his, quas velit aliquando existere. 3. Res voluitas existere praevidet in suo tempore existentes. Vnde Scientia Dei, quae est causa rerum, est scientia simplicis intelligentiae, non Visionis: Quia haec praesupponit rerum existentiam; illa solam possibilitatem.

III. Modus concordandi Cooperationem Dei cum libertate liberi arbitrij optimus est D. Thomae. q. 3. de Potent. a. 7. & l. 9. 105. a. 5. Nimirum: Deus cum causis secundis ita concurrir, ut eas moveat, adque opus applicet secundum convenientiam conditionis earum naturalis, seu dispositionis. Haec autem in voluntate est solum *NEGATIVA determinatio*, praecedens tum Influxum Dei tum elicitum volun-

voluntatis actum, quo ea finit se, aut non finit, moueri ab obiecto per rationem ei proposito. Et hæc prærequiritur *Negatiua determinatio*, seu dispositio: quod ante influxum Dei non possit vlla positiua dispositio esse; cum nil positiuum sine Deo fieri possit: Vnde *Sine me nihil potestis*. Ioan.

Porro isti negatiue dispositioni voluntatis nostræ prior incidit motio Dei: 1. Ioan. 4. *Quoniam ipse prior dilexit nos*. Ioan. 15. *Non vos me elegistis; sed ego elegi vos*. Rom. 11. *Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* Et hæc Præueniens gratia sic mouet hominem, vt non necepsiter: nam Dei motio est in potestate voluntatis liberæ, vt ea vtatur, vel non; vt eam sequatur, vel non: si moueri se à Deo sinat, Deus ipsam protinus applicat operi: si non se moueri sinat, Deus eam non applicat ad actum: sic *Ex te perditio: ex me*, ait Deus, *auxilium tuum*. Ideo D. Thom. 1. 2. q. 10. a. 4. ad 3. concludit: Posita motione Dei debet voluntas moueri, pro naturæ suæ conuenientia & libertate in alterutram partem. Hinc liquet Suationum solutio.

Dico Ad I. Loquitur S. Augustinus de necessitate Consequentia; nõ Consequentis: quasi dicat quod Deus vult fieri, fit infallibiliter; sed necessaria necessariò, libera liberè: nõ autem sic, vt absolutè non potuerint nõ fieri.

Ad II. patet superius ex §. II.

AD III. Dei voluntas est rerum omnium causa; attamen in liberis nil de creuit sine præuisa dispositione dicta negatiua, & causarum secundarum de terminatione, liberâ in liberis, necessaria in necessariis.

V. DE VIRIBVS LIBERARI ARB. IN MORALIBUS REBUS.

QVÆSTIO XLII.

An possit homo solis naturæ viribus Cognoscere Verum Morale sine speciali auxilio Dei

CALVINVS *Inst.* 2. c. 2. §. 24. 25. 26. solum sufficere auxilium Generale Dei asserit, ad omne Verum morale cognoscendum: restatque Speciale, vt commentitium. 2. Theologi quidam Speciale, vt necessarium, addunt ad quod cunque.

SVADET istis. 1. Ex Ariminensi: 2. Ceteri Non sumus sufficientes cogitare. Aliquid ex nobis tanquam ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo. 2. Gen. 6. *Figmentum cordis humani tantum vultum*. 3. Pl. 93. *Cogitationes hominũ vana sunt*. Vnde Aug. ep. 105. *Nemo rectè sapit, rectè intellegit, si acceperit spiritum sapientia & intellectum*. 4. Actionibus pugnant: Vulnus ignorantia accipimus per pec. or., à quo, nisi per Christum sanari nequimus. Prudentia acquiritur cognitione veri moralis: sed illa est ex dono Dei Generali: ergo & hæc. Omnium moralium eadem est ratio: ergo si vnum possibile naturaliter cognosci, possunt & omnia.

AVTOR. I. Etsi quidam Theologi sentiant, Nullum Verum morale posse in statu lapsò, absque speciali auxilio Dei cognosci; probandi tamè non sunt; At verò istud necessariò verum est: Non posse hoc in statu naturæ viribus cognosci omnes veritates morales, quæ ad vitam rationi conformem pertinet. Quia Sa. 9. *cogitationes hominũ incerta. &c.* & *corpus q. corrumpitur, aggrauat animam, & terrenacogitatio deprimat*

seu sum multa cogitantem. Ratio. Quia ob acceptū ignorantia & infirmitatis vulnus nequimus totum naturæ Verum intelligere. Vnde tot tanti errores Philosophorum.

II. AT ALIQUAS morales veritates potest homo in hoc statu naturæ viribus, seu cum Generali solum auxilio Dei, cognoscere. Nam debilitatū est, non extinctum lumen. rationis practicæ.

1. Sic Scriptura in meo *Antichristo* p. 4. q. 24. Insignitè Rom. 2. *Cum gentes; que legem non habent, naturaliter ea, que legis sunt, faciunt, eiusmodi legem non habentes; ipsi sibi lex sunt: Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum.*

Hoc quidam S. Patres exponunt de Christianis qui fuerant gentes; sicque dici *factores legis iustificari*: At potiores verus de gentilibus actu id accipiūt: & eodem quoq; scopus Apostoli ducit; voxque clara *Gentes*: vt Mat. 6. *Hec omnia gentes inquirunt.* Patet & inde: *Qui legem nondum habent*: at habent Christiani facti. Illæ etiam merè *naturaliter, que legis sunt faciunt.*

Dicit Calvinus posse quid naturaliter cognosci in vniuersali, sed non in particulari.

At tunc Pfalteres ad hoc Pl. 4. *Quis ostendit nobis bona? Non satisfaceret dicendo: Signatum est super nos lumen vultus tui.* Quid enim prodest cognitio vniuersalis nisi ex ea colligi possit particularis; cum actiones sint particularium? 2. Consentiant istis S. Patres, Chry. Hiero. Aug. Prosper. &c.

3. RATIO euincit. Quia potentia potest exercere actum circa obiectum

sibi proportionatum; cum solo auxilio generali: at intellectui est verum aliquod morale proportionatum. Ergo. *sin, foret superuacaneus.* 2. Quia homo sine speciali auxilio cognoscit prima principia Veri moralis: Ergo & particulares inde conclusiones inferre potest sine eodem: cum idē lumen, quod vniuersale, cognoscat & eius particulare aliquod.

DICO AD I. Fit sermo ibi de pietate ad vitam æternam proficua; id est, tum Iustificante, tum promerente; non de quacunque: ad eam non ad hanc, opus speciali gratia, Sic Aug. l. 1. de prædest. c. 2. Et ibid. *Qui idoneos nos fecit ministros Novi Test. non litera, sed spiritu.*

AD II. Est ibi figura Intellectio- nis, per frequens in S. Scriptura *tantum malum*, id est, vt plurimum. Vt ibidem. *Omnis caro corrupt viam suam*: non tamen Noë ibidem exceptus.

AD III. *Vana sunt cogitationes hominum*, quia pleræque è solis naturæ viribus sunt, quæ nil proficiunt ad salutem. Sic & S. Augustinus intelligendus est: Sic & Con. Mileuitanum, damnans Pelagianos fingentes, *Datam diuinitus legem Iudaicā & Christianam esse donum Dei; at eam seruari posse viribus naturæ.*

AD IV. Vulnere læsa, non extincta vis est naturæ. Ideo & aliqua prudentia per eam acquiri potest: Non autem omne verum morale cognosci; Qua causa Deo supplicandum est, Pl. 118. *Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam. Iustificaciones tuas doce me, ad salutem necessarias.* De hisce, 1. Cor.

1. qui

1. qui gloriatur, in Domino gloriatur: quid enim habes, quod non accepisti?

QVÆSTIO XLIII.

An solis naturæ viribus homo possit Imple-
re Omnia præcepta Moralia, quo-
ad substantiam o-
peris?

LYTHERANI, vires liberi arb. adeo extenuant, ut extinguant, fingentes, solis naturæ viribus nihil boni moralis fieri posse, neque solum sine auxilio speciali, sed etiam sine Fide iustificante, omnia, quæ sunt, esse peccata. Quin iustorum opera esse peccata; Non tamen ob fidem imputari: imputari autem infidelibus. Ita Lutherus in assert. art. 6. & 36. Melanch. in Apol. Confes. & in Locis Comm.

CALVINVS Inst. 2. c. 3. §. 1. & in Antid. Trid. sess. 6. Kemn. ibid. idem, ceterique CALVINISTÆ. Luth. Melanch. Kemnit. id ita limitant: Possit viribus suis aliquem implere legem de non occidendo, de non furando. &c. quoad opus externum; at non quoad internum actum mentis, aut peccatum.

SVADENT istis. 1. Deut. 30. Mandatum hoc, Decalogi, quod ego præcipio tibi, non est supra te, neque procul positum.

2. Eccl. 15. Si volueris mandata servare, conseruabunt te.

3. Rom. 2. Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt.

4. Præcepta legis naturæ sunt proportionata naturæ; ergo huius viribus seruari possunt. Esto, sit infirma; ideo non potest tam facile; potest tamen seruare omnia.

5. Deus, aiunt S. Patres, non præcipit impossibilia: ergo præcepta ea impleri possunt ab destitutis quouis auxilio.

6. Potest quis vnum præceptum seruare: ergo & omnia: quia non occurrunt multa simul obseruanda, sed aliud alio tempore.

AUTOR. Nemo potest solis naturæ viribus omnia præcepta moralia, quoad substantiam operum, longiore tempore, obseruare, quin labatur sub

inde in peccatum. Hæc media est sententia contrarios inter & Pelagianos & Lutheranos. Illi tribuunt omnia solis naturæ viribus; hi penè nihil, sed Fidei omnia soli. Veritas docetur

1. Scripturis in Antichristo p. 4. q. 25.

2. Ex Traditione Ecclesiæ, definitente sic Conc. Mileuitano, can. 5. Arausicano can. vlt. Sic & Papæ plures, & S. Patres.

3. Ratio S. Thomæ: quia natura per pec. or. deprauata, auersaque à Deo est, & conuersa ad se, & creaturas & suum in his finem ponit actum, vel habitum, vel propensione: vnde ex hoc sine præconcepto quasi naturaliter inclinatur ad malum, dum quid agat, aut euitat. Atque ideo necessaria est gratia præueniens & adiuuans naturæ fragilitatē; sine qua caderet vel iubar.

DICO AD I. Cum Aug. l. de perf. iust. Gratiâ fretis facile esse mandatum. Vel cum Abulen. Loqui Moysem de de facilitate cognoscendi illud; non de obseruatione Ita exponitur Aman. 10.

AD II. Seruare scil. cum gratia adiuuante.

AD III. Naturaliter seruari aliquid potest mandatum; at omnia non nisi cum gratia.

AD IV. Natura infirma est, cum quia iustitiæ orig. sanitate caret tum ex conditione materiæ, & concupiscentiam freno solutam.

AD V. Deus, ait S. Leo, serm. 16. de Pass. iuste instat præcepto, qui præcurrit auxilio: hoc posito, non præcipit impossibilia.

AD VI. Præcepta non omnia sunt paria

paria; proinde seruato vno, non continuo seruari omnia possunt. Dein occurrunt aliquando plura simul obseruanda; vt in oratione si occurat tentatio. &c.

QVÆSTIO XLIV.

An veram Tentationem quis superare possit solis naturæ viribus?

PELAGIANI duo asserbant. 1. Sine Dei auxilio, solis lib. arb. viribus posse vinci tentationes sic, vt vincendo etiam commereri vitam beatam quis possit.

2. Vel in ipso actu tentationum seruari omnia præcepta moralia posse solis naturæ viribus. Teste S. Hieron. l. 1. in Iovinian. &c.

SVADENT PELAGIANI istis 1. apud S. Hieron. Libri arbitrij nos condidit Deus; nec ad virtutem, nec ad vitia necessitate trahimur. Alioquin ubi necessitas, neque damnatio, neque corona est.

1. Iac. 1. Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illestrus: Naturaliter, Gen. 4. Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius: ergo naturæ viribus tentationi resisti potest.

2. Hodierni: Voluntas non potest necessitari à passione, ait S. Tho. 1. 2. q. 10. a. 3. nisi passio rationem penitus absorbeat: ergo manente libero rationis iudicio potest tentationi resisti.

AVTOR. Nemo tentationem grauiorem vincere naturæ viribus solis sic potest, vt vincendo quid promereatur. Grauior autem dicitur, quæ naturæ vires superat; nam his par, aut inferior non opus habet speciali auxilio vt vincatur; Vt mereatur tamen quid ad salutem vincens tentionem simpliciter eget gratiâ; nam ad meritum supernaturale non pertingit natura.

1. Teste S. Scripturâ. Sap. 8. Nemo potest esse continens, nisi Deus det. At continere, dum abest tentatio difficile nõ est. Deinde istud, 1. Cor. 10. Fidelis De-

us, qui nõ patietur vobis tentari supra id, quod potestis: indicat tentationes posse supra naturæ vires excrescere. Proinde, Mat. 26. Orate, ne intretis intentionem. Mat. 6. Et ne nos inducas in tentationem. Pl. 27. In te eripiar à tentatione.

2. Sic & Ecclesiæ Traditio docet. Vt Synodus Palæstina apud Aug. ep. 106. Mileuitana apud Aug. ep. 26. Innocentius I. ad Conc. Carthag. apud Aug. ep. 91. pluresque Papæ & S. Patres, Chryf. Ambr. Hier. &c.

Demum ideo Ecclesiæ mos nil perinde frequentat sæpè, ac, Deus in adiutorium meum intende. &c. Vt in hac die ad nullum declinemus peccatum; Ne nos apprehendat callidus tentator. &c. quæ Specialis auxilij necessitatem testantur.

DICO AD I. ex S. Aug. l. de nat. grat. c. 65. Loqui S. Hieronymum de natura, vt erat à Deo condita; non de vitia. Dein, hæc non trahitur necessitate, quæ ab implorata adiuuatur gratia.

AD II. Superior pars animæ naturaliter imperat inferiori; non quidem despoticè, ceu seruus domino, vt parere cogatur; sed politicè, ceu populo Magistratus. Nam potest rebellare appetitus rationi, abutens libero arbitrio. Vnde Ratio non tam dominando, quam alliciendo debet eum ducere. Quia Inferior diu viget antè, quam euigilet ratio; vnde rationis iugo per ægrè assuescit: habetque obiecta sensuum bona præsentia; at ratio futuris pascitur in spe.

AD III. Significat D. Tho. non necessitari physicè voluntatem, scil. determinatam quasi ad vnum, sicut bruta; Necessitatur tamen Moraliter, b' auditiis,

tiis, apparentiis fucatis, &c. Dein non ait S. Tho. eam simpliciter necessitari; sed si rationem contingat abforberi.

QVÆSTIO XLV.

An homo sine fide, cum, vel sine auxilio speciali, possit bonum morale perficere, si nulli urgeat tentatio?

LUTHERANI, vt Kemnitius, ac similes; item CALVINIANI contendunt, Opera omnia infidelium mera esse peccata; etiam ea, quæ cum speciali auxilio Dei fecerint. Atque hoc negare, esse hæresin Pelagianam. *Calvinus Insti. 3. c. 15. Melanch. in Apol. Conf. Aug. de iustific.*

SVADENT multis. I. LUTHERANI. Kemnitius: Scriptura docet, opera omnium impiorum displicere Deo, quamuis speciosissima. *Isa. 1. & 66. Prou. 15. Inconsuetum abominatio est; & solennitates vestras odit anima mea.*

2. Calvinus & Kemnitius Gen. 6. *Omne figmentum cordis humani tantum est malum. Sic enim ipsi verterunt.*

3. Psal. 13. *Omnes declinauerunt, simul inuti- les. &c.*

4. Psal. 61. *Mendaces filij hominum, vt decipiant ipsi de vanitate in id ipsum, id est, vanitate leuiiores. &c.*

5. Mat. 7. *Non potest arbor mala bonos fructus facere, id est, homo impius: sic & Matth. 12. Luc. 6.*

6. Ioan. 3. *Quod natum est ex carne, caro est; at caro tota mala est.*

7. Ioan. 15. *Sine me nihil potestis facere.*

8. Rom. 14. *Omne, quod non est ex fide, peccatum est. &c. Plura talia Bell. l. 5. c. 10.*

AVTOR. Infidelis sine fide, sine gratiæ auxilio speciali, aut etiam cum hoc potest Moralia opera bona facere; si nulla vrserit eum tentatio: Non

igitur omnia infidelium opera sunt peccata.

1. Sic Scriptura in *Antichristo. p. 4. q. 26.*

2. Ita consensus habet S. Patrum: Basil. Chry. Hieron. *Aug. l. 5. Ciu. c. 15.* ait, Deum Romanis orbis imperium dedisse, vt hac in vita morales eis virtutes remuneraretur.

NOTA: Quod infidelis potest solis naturæ viribus obseruare præceptum secundum substantiam operis: patet *quest. 43.* etiam cum peccato: vt si restituat depositum, quò ille despoliatur. At bonum morale cum peccato fieri non potest: ideo hoc facere, maius est illo. Quò deterior est in hoc Luthero-caluiniana hæresis; quam in isto Pelagiana.

3. RATIO fauet. I. *Ab absurdo.* Quia si infideles non possent vllum facere opus bonum; ergo satius eis foret, remoto præcepto, opera ex obiecto bona non facere; nam faciendo peccat, vt aiunt; non faciendo non peccant.

2. *Deinde:* Si infidelium omnia opera forent peccata, id fieret, 1. *Vel* quia deesset eis finis, vt non fierent propter Deum: At naturaliter cognoscunt Deum esse, curam habere nostri; ergo & moralia bona facere possunt, vt obedient Deo. Neque necesse est, omnia in Deum referre explicitè. 2. *Vel* quia sunt à peccatore, sicq; à sua causa inficiuntur, licet in se bona sint, vt vult Kemnitius: At opus in se bonum nequit à malitia causæ infici, nisi ex malitia processerit. Vnde impudicus potest eleemosynam dare. 3. *Vel* quia bona opera non habent proportionem cum viribus naturæ; At hæc in puris natu-

naturalibus habuisset iustam proportionem ad moralia omnia; neque nunc infirmior est, licet vitiata sit: ergo & nunc habet eandem. 4. *Vel* quia moralia nimis sunt difficilia ob carnem, dæm. mundum. At hic est quaestio de facilibus naturæ consentaneis; & omni tentatione remota.

DICO AD I. Sacrificia & Moralia longè differunt, ob finem. Sacrificia enim fiunt ad colendum Deum, & stante peccato displicent Deo: at Moralia quæque vnum habent finem bonum: vt elemosyna, egenti facere bene.

AD II. *Omne*, id est, pars maior: Vnde ib. *omnis caro corrumpat viam suam*; cum tamen *Noe vir iustus fuit, atq; perfectus*. Sic Luc. 18. *Oportet semper orare*. Ioan. 12. *Mundus totus post eum abit*. Vnde S. Aug. l. de Vnit. Eccl. c. 12. In Scriptura sæpè arguuntur omnes, cum solum mali intelligantur.

AD III. Omnes sumus in statu peccatis; & inutiles ex nobis ad supernaturalia; at non ad naturalia & moralia: *Et n. n. est qui faciat bonum totam seruando legem perf. è. è.*

AD IV. Homo vanitas est, quod ex se facere nil queat aut cogitare in ordine ad salutem.

AD V. *Mala arbor* hic est Voluntas aut Intentio mala; nõ natura, quasi per se mala esset. Deinde Doctrina mala intelligitur arbor mala: nam monet cauere falsos prophetas, *Mat. 12. & Luc. 6* Demum *fructus boni* sunt opera ad salutem meritoria.

AD VI. *Cars* ibi accipitur simpliciter pro homine ab S. Chry. Aug. Cyrillo, &c. i. *Esse naturale homo ex*

homine ducit; sic & moralia operari posse; at non supernaturalia.

AD VII. *Nihil*, scil. ad salutem supernaturaliale: moralia autem ex se nõ attingunt salutem.

AD VIII. *Ex fide*, non quia in Christum credimus; sed quia credimus aliquid licere; quod est *Conscientia*.

CALVINVS porro sic ratione pugnat.

1. Peccator & infidelis mortuus est; & resuscitatur per Euangelium: ergo vitale nihil operari potest.

2. Homo per peccatum est, vt curua tibia distortus, quæ vt ambulando claudicat; sic peccator operando peccat.

3. Dæmones habent naturales potentias integras, scil. intellectum & voluntatem, & carent concupiscentiâ carnis: at hi nullum queunt opus facere bonum: ergo nec homines.

DICO AD I. Mortuus est morte gratiæ, non naturæ, cuius in operando principia sunt ratio & voluntas.

AD II. Curuitas in homine est Cupiditas; ex hac quod fit, peccatum est: At nemo ex hac operari necessitatur: potest enim ac debet quisque iuxta rationem naturalem operari.

AD III. Dissimile. Nam Dæmones obfirmati sunt in actuali odio Dei, rerumque ad Deum pertinentium; at non sic homines. Quæ ex S. Patribus afferant vide in *Bell. l. 5. c. 11.*

QVÆSTIO XLVI.

Sitne homo liberi arbitrij in Moralibus?

LUTHERANI, CALVINIANI, ZWINGLIANI, SCHVVENKER, &c. totaque propago Lutheri; NEGANT.

SVADENT bifariam: 1. Negationem suam stabiliendo Scripturis. 2. Affirmationis nostræ argumenta reuellendo.

1. Scripturis: 1. Isa. 41. *Bene agite, aut male si potestis.*

2. Ezech. 36. *Dabo vobis cor novum, & faciam ut in preceptis meis ambuletis.* Quasi dicat qui non habent cor novum, nec ambulare in preceptis possunt.

3. Psa. 118. *Inclina cor meum in testimonia tua.* Sic & 3. Reg. 8.

4. Ioan. 8. Rom. 6. 2. Pet. 2. *Qui facit peccatum, servus est peccati.* At servitus & libertas opponuntur.

5. Ioan. 15. *Sicut palmes non potest à semetipso ferre fructum nisi manserit in vite: ita & vos, nisi manseritis in me.* Ergo non possunt non ferre fructum manentes; non manentes non possunt fructificare; proinde utriusque sublata libertas est, parque incumbit necessitas.

6. *Quid habes, quod non accepisti.* 1. Cor. 4. At qui nihil habent proprii, non sunt actionum suarum domini. Quæ ex S. Augustino proferant irrito conatu, vide apud Bell. lib. 5. c. 30. Médacia, & ineptias Heinulianas vide in Antipap. Mendace, p. 4.

DICO AD I. De Idolis, non hominibus, id dicitur irrisoriè.

AD II. *Dabo cor novum*, id est, gratiam, qua servare omnia præcepta possint: Non tamen negat sine gratia aliquod servari posse. Deinde suadet: Ezech. 18. *Facite vobis cor novum & spiritum novum.*

AD III. Docent hæc, sine gratia non posse omnia mandata servari: & non, quod homo non sit liberi arbitrii.

AD IV. Servitus peccati opponitur libertati à peccato; non libertati naturæ, quæ est arbitrii. Itaque hæc cum servitute stare in eodem potest.

AD V. Homo palmes non potest sine succo vitis, id est, Christi gratia

fructificare ad salutem suam; potest tamen à vite recedere, si velit, rursusque inferi.

AD VI. Ibidem ait, quod homo aliquid habeat proprii: *Vnusquisque propriam mercedem accipiet, secundum laborem SVVM*, id est, id est, proprium. Quia ex dono liberi arb. sumus actionum eius domini.

AVTOR. Homo in statu naturæ lapsæ, est liberi arbitrii in Bono Moralibus eligendo, & Malo devitando.

PROBATVR. I. Quia peccatum Aut est necessarium: ergo non est peccatum: Aut voluntarium: ergo vitari potest. Homo igitur in Moralibus est liberi arbitrii.

CALVINVS RESP. Negans utramque consequentiam.

Priorem: Quia non est peccatum ex Creatione ortum, sed ex naturæ corruptione.

2. Quia demon semper necessario malè agit; & tamen verè peccat. Et Angeli necessario benè agunt; & tamen verè bona operantur.

3. Posteriorem. Quia Voluntarium est quod à sola Coactione liberum est.

DICO AD I. Contrarium ipse asserit Calvinus Inst. 3. c. 23. Peccatum Adami, ex quo naturæ orta corruptio, fuisse ex decreto Dei, & inevitabili voluntate commissum. Ergo haberemus excusationem ut qui ex necessitate peccemus.

AD II. Utrique, respectu finis vitii non habent liberum arbitrium à Necessitate, sed tantum à Coactione; Respectu mediolorum verò habent etiam liberum arb. à necessitate. Quia multa faciunt, quæ possent non facere; & contra. Et in talibus demones verè peccant, angeli benè agunt.

AD III.

AD III. At nostro in argumento intelligimus liberum à necessitate: Item voluntarium, & Necessarium opponuntur.

II. PROBATUR. Quia si non est in homine liberum arbitrium, nullus erit pœnæ, præmiou locus.

CALVINVS RESP. I. Id argum. fuisse Pelagianorum.

2. Negat sequi, quia pœna debetur culpæ; at culpa est in nobis ob naturæ corruptionem.

3. Bona merita rectè excluduntur eò, quòd non sit lib. arb. in homine. Vnde ait S. Aug. Deus coronat sua munera, non merita nostra.

DICO AD I. At eodem vsos familiariter Chry. & Hieronymum fatetur Calvinus: itemque alij S. Patres eo vsi contra Manichæos. Illine Pelagiani? Dein Pelagiani eo docere nitentur, non, lib. arbitrium non esse; sed non egere gratia: Patres verò esse liberū & egere gratia. Itaq; Calviniani stant cum Manichæis contra S. Patres.

AD II. Petit principium. Ponit enim, quod quæritur, scil. An sit vera culpa, quæ vitari non potest?

AD III. Præmia & merita bona negat, & pœnas concedit: At in hoc sibi contradicit; nam vt ab lib. arbitrii vsu malo mala, sic à bono bona merita existunt: Bona verò sunt ex gratia talia, quæ est causa coronationis.

III. PROBATUR. Si non esset lib. arbitrium, non essent alij boni, alij mali: Sique omnes boni; non forent aliis alij meliores.

CALVINVS RESP. Diuersitas bonorum & malorum oritur ex Electione diuinæ; non ex lib. arb.

DICO. At fatetur Calvinus id argumen. esse Chrysostomi & Ambrosii. Et electio diuina ad moralem bonitatem prærequirit lib. arbitrium: alioquin ea posset etiam infantes, furiosos, bestias facere moraliter bonas. *Dein* electio finit esse malos, non facit. *Demum*, Ex bonis mali fiunt; Deus autem nulli est causa cadendi.

IV. PROBATUR. Si non est lib. arbitrium; ergo tollentur cohortationes, obiurgationes, laudes, præcepta, consilia. &c. Quia aliter homines facere non possunt. Ita S. Aug. l. de vera relig. cap. 14. Vnde & priora petantur.

CALVINVS RESP. I. Sufficiant exempla Christi: vt Ioan. 15. *Sine me nihil potestis facere.* Rom. 9. *Non est currentis.* 1. Cor. 3. *Neque qui plantat, est aliquid.*

2. Correptiones, cohortationes. &c. reprobis sunt flagella; vt que sint inexcuriabiles electis excitementa.

DICO AD I. Illa docent nil posse homines ad salutem, nisi per gratiam: at de morali bonitate hic agimus.

AD II. At flagellantur, vt, si velint, emendentur: itaque adhuc præsupponunt liberum arbitrium. Vide *Bell.* l. 5. c. 17.

Hactenus argumenta ab impossibili petita. Porro ostensiuia ex Scripturis.

V. PROBATUR EX PRÆCEPTIS SCRIPTURÆ, quæ sunt regula: quid agamus, aut fugiamus: at frustra datur regula necessitatem patienti vt non possit non deficere, aut non possit deficere. Liberum arb. autem in via morum potest deficere, aut non potest: ergo frustra dantur præcepta hominibus, si libertate careat arbitrii.

CALVINVS RESP. I. Lex datur, vt cognoscatur

scatur peccatum, Rom. 3. non quod sit lib. arbitrium.

2. Lex habet promissiones; ut sciatur esse ex dono gratiæ, non arbitrij.

3. Lex est impossibilis; docetque necessitatem gratiæ, non libertatem arbitrij.

Dico AD I. Lex plures habet fines; & in his etiam istum, qui exigit libertatem arbitrij. Quod autem data lege superabundet peccatum; id est per accidens, ex hominibus malum eligentibus; non per se ex fine legis intento.

AD II. Datur donum gratiæ, sedposito libero arbitrio; non necessitato per eam; quin adiuto.

AD III. Falsum. At de hoc alibi.

VI. PROBATVR ex Promissis Scripturæ factis sub conditione: Isa. 1. *Si volueritis.* Mat. 19. *Si vis ad vitam ingr.*

CALVINVS RESP. Non esse absurdum, quod Deus quid promittat sub impossibili conditione; cum sciat ipse cur faciat; sc. Impiis, ut sciant se promissis indignos: Pius, ut promissis alliciantur, quos præcepta parum incitant.

Dico. Nil hoc ad rem. Non quaeritur, cur Deus promittat; sed an conditionata promissio præsupponat liberum arbitrium. Et affirmamus. De in, loca promissionum nullus ironice unquam exposuit. Demum si ex necessitate forent indigni reprobi; essent planè excusabiles.

VII. PROBATVR ex Scripturis doctentibus, per hominem sterisse, quominus benè ageret & peccata vitaret. Num. 14. Deut. 30. &c.

CALVINVS RESP. I. Iure Deus queritur de hominum improbitate, licet non possint nõ peccare: quia hæreditaria suã malitiã peccant.

2. Reprehenduntur tamen, ut tædio scelerum respiscant.

3. Deut. 30. agi de promissione Evangelii, non de lege naturæ.

Dico AD I. Hæreditaria ea malitia est pœna ex pec. o.; non culpa: Ac culpam esse dicit Calvinus; docuit nunquam.

AD II. Si possunt respiscere; ergo habent liber. arb. & non necessitantur.

AD III. Vim loco facit Calvinus. Nam ita Moyses: *Mandatum Hoc, quod Ego præcipio tibi hodie. &c. Si audieris præcepta & ceremonias, quæ in lege HAC Decalogi scripta sunt: Et eam naturalem servare, vel non servare docet esse in arbitrio hominum.*

VIII. PROBATVR ex scripturis dictentibus, Deum quasi recedere, & explorare quid acturi sint homines; ut Deut. 8. & 13.

CALVINVS RESP. Deus non aufert gratiam; sed permittit afflictionem.

1. *Ut vident, an post longas calamitates capiat eos recordatio Dei, & querant eum.*

2. *Ut inducat ad cognoscendam propriam hominum & levei.*

Dico AD I. Rectè; sed id evincit libertatem arbitrij.

AD II. Et hoc docere eandem. nam si necessitaremur; explorare nos ipsos non possemus, quid valeamus seu ex nobis, seu cum gratia; si velimus.

IX. PROBATVR Gen. 4. *Nonne si benè egeris, recipies: &c. Eccl. 15. Apposuit ignem & aquam, ad quod volueris. &c.* Ibi de peccato, non Abele, locutus est Dominus, testantur sic S. Patres & Ecclesiasticum improbè reprobatur Calvinus. Vide in *Antichristo* p. 4. p. 27.

VI. DE VIRIBVS LIBERI ARBITRII IN Supernaturalibus.

QVÆSTIO XLVII.

An homo post lapsum sit liberi arbitrij in rebus ad salutem pertinentibus?

LUTHERVS lib. Operationes in Psalmos. Error est, quod liberum arbitrium habeat aliquam adiutam in bono opere, quando de interno opere loquimur. Velle enim, credere, sperare, diligere. &c. semper est passio. Quid actus? At non habet luctum, quando figurus ei formam effugit? Nonne mera passio ibi conuertitur?

KEMN-TIVS in Exam. l. 5. Erubuit ad hanc absurditatem dicens, dandam Lutero veniam; quod initio conuersionis retinere phrasen Scholasticorum; cum nihil in te erraret illud. Voluntas enim passio, ut concurrens, intelligens esse, non liberè concurrere.

LUTHERANI omnes ab Lutheri sententia desierunt, cumque CALVINO Inst. 2. c. 2. §. 27. & cum Caluinistis duo assentunt.

1. Voluntatem nostram nil spiritualis boni efficere posse absque speciali auxilio Dei. Rectè: At falso communi Scholasticorum sententia tribuunt, quod solus Cassianus & Faustus olim opinati sunt; se. bona desideria in homine, licet debilia præcedere gratiam.

2. Voluntatem nostram in spiritualibus sic agi à Deo, ut non possit non agere; & ut actiue concurrat, tamen ceu merum instrumentum naturale; non ut causam liberam, actusque sui dominam.

Ideoque negant rectè dici, Eam cooperari Deo, adiuuari à Deo; sed solum agi, cogique.

SCHARPFIVS in cursu Theol. tit. 16. c. 4. de lib. arb. Homo ad sui regenerationem se merè passivè habet, ut Deum operantem non sequi non possit; licet non coactè, sed sponte sequatur. Homo quidem non regentis liberum arbitrium habet; si liberum pro spontaneo sumas: At si liberum sumatur pro eo, quod in utramque partem ferri possit, ad bonum, vel

malum; liberum arbitrium non habet, sed peccato seruū. Quia hæc libertas post lapsum prorsus amissa est: cum non possit non gratiam respicere, & malum tantum eligere liberè, id est, sponte: Et contra Renati.

SVADENT istis. 1. Ezech. 36. Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum. Spiritum meum ponam in medio vestri, & Faciam, ut in Præceptis meis ambuletis.

2. Psal. 50. Cor mundum creauit me Deus, & Spiritum rectum innoua. &c.

3. Psal. 99. Ipse fecit nos; & non ipsi nos.

4. Ioan. 6. Omnis, qui audiuit à Patre & didicit, venit ad me.

5. Et 2. Cor. 3. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis.

6. 1. Cor. 12. Qui operatur omnia in omnibus.

7. Phil. 2. Qui operatur Velle & Perficere pro bona voluntate: hoc est simpliciter facere, non adiuuare.

8. 1. Ioan. 3. Qui natus est ex Deo, non potest peccare: quia semen Dei manet in eo. Caluinus; Ecce sic efficaciter gubernari diuinitus piorum corda, ut inflexibili affectu sequantur.

9. Ioan. 5. & Eph. 2. 5. peccatores dicuntur mortui, sepulti: quod nisi per solam Christi gratiam suscitari nequeant.

AUTOR. Affirmatiua responsio est simpliciter deside.

I. Sic Scripturæ 1. Quæ vocant homines cooperatores: 2. Quæ præcipiunt, Suadent. &c. 3. Quæ docent homines à Deo adiuuari: 4. Vocatos à Deo venire posse, aut emanere. Vide in nostro Antichristo p. 4. q. 28.

II. Sic Ecclesiæ Traditio & communis S. Patrum consensus.

III. RATIO. Quia si homo non sit liberi arb. sequentur hæc absurda.

1. Non peccabunt nolentes credere, cauere peccata, agere benè.

2. Nec laude, præmiouè digni erunt volentes credere conuerti. &c.

3. Fru-

3. Frustra erunt præcepta, monita. &c.

4. Omnis diligentia erit tollenda; ac in solam fidem incumbendum: cætera cessandum esset.

Dico Ad I. Liberum arb. nec est carneum, nec lapideum; sed vis media & naturalis, quæ formam vtriusque potest induere. Ita *Aug. l. de spir. & lit. c. 33.*

Ad II. Cor mundum creari est cor mundari.

Ad III. Litera agit de prima creatione: Dein & de iustificatione capitur: Ipse enim iustificat nos.

Ad IV. *Venit* sic ut possit non venire: *Venit* autem sequens vocantem non coactè.

Ad V. Cum non sumus sufficientes, ergo aliquid possumus.

Ad VI. Operatur omnia; sed non sine nobis cooperantibus.

Ad VII. Neque excitat, nec iuuat Velle nostrum sine nobis: vnd. ait: *salutem vestram operamini.*

Ad VIII. Semen non est gratia Dei necessitas ad operandum, ut vult Caluinus; sed charitas infusa, ait *S. Hieron. l. 2. contra Iovin.*

Ad IX. Id probat, peccatorem sine gratia reuiuiscere non posse: at non probat, peccatorem non posse, præueniente gratiâ excitatum, cooperari suo resuscitatori.

QVÆSTIO XLVIII.

Qua, & qualis sit Cooperatio Gratia, & Liberi arbitrij?

Orthodoxæ hîc doctrinæ syno-

psin reddere pretium erit.

I. Processus renouationis Christi-
anæ est septigradus.

1. Homo gratiâ destitutus iacet.
2. Vocatione Dei interna excitatur.

3. Huic assentiens eligit pœnitentiam.

4. Opera facit pœnitentiæ.
5. Sic disposito gratia iustificationis infunditur.

6. Iustificatus statuit opera iustificationis exercere,

7. Exercet ipsa.

II. Homo ante omnem gratiam pollet libero arb. ad Naturalia, Moralialia, & Supernaturalia; teste *S. Aug. l. de Spir. & lit. c. 33.* Quia lib. arb. non potest Dari, Tolliue per gratiam, aut peccatum: Nam libero arb. possumus bene malèue uti; at gratiæ donis nemo malè; peccato nullus bene uti potest. *Aug. tolli potest;* quia gratia perficit naturam peccatum debilitat, non extinguit eam.

2. Habet igitur ante gratiam hominum *Potentiam remotam & imperfectam ad opera pietatis.* *Aug. l. de prædest. c. 1. Potest habere fidem, & caritatem naturam est hominum.*

3. Atque idcirco nihil ex se facere ad salutem potest. Ita *Aug. li. 1. Retract. c. 22. In potestate hominis est, mutare se melius voluntatem; sed ea potestas nulla est, nisi detur à Deo; ut scriptum: Dedit eis potestatem filios Dei fieri.*

KEMNITIVS. Homo habet vires, Aut ab-
quas; ergo poterit aliquid sine Deo, contra
Ioan. 5. Sine me nihil potestis: Aut nullas; ergo
extinctum est lib. arb. & cooperari gratiæ ne-

At ex dictis patet de Potentia Remota.

II. Gratia Excitans interna necessario præit conuersionem; & Adiuuans nõ sufficit per prædicationem Euangelij, lectionem. &c. Vt Lutherocaluinistæ contendunt.

1. Quia Ioan. 6. *Nemo venire potest ad me, nisi Pater meus traxerit eum*, gratia Excitante.

2. Sic *Con. Arausic. can. 7. & Trid. sess. 6. c. 5. & 6. S. Patres.*

3. Ratio. Quia Adiuuans gratia requiritur ad exercitium actus: Excitans ad specificationem.

LYTHERO-CALVINISTÆ INSTANT. Si semper requiritur Excitatio præueniens; 1. Equi conuertuntur aliqui in momento? 2. Non erit in potestate hominis sua conuersio; sicut nec excitatio. 3. Fidem habentes per eam orare possunt; ideo non egent excitante. 4. Aug. 1. de Spir. & lit. c. 34. *Visorum suasio- nis agit Deus, ut velimus, & credamus; siue extrinsecus per euangelicas exhortationes, siue intrinsecus, ubi nemo habet in potestate, quod ei in mentem veniat.*

Dico AD I. Conuersio accepta pro actu consentientis vocationi, semper est momentanea; sumpta pro toto opere vocationis, deliberationis, assentionis, eget tempore, nec longo.

AD II. Augustino, *lib. de Spir. & lit. c. 31.* id est in potestate, quod ad est, cum volumus; & abest, cum nolimus: ut fides, conuersio, gratia præueniens.

AD III. Fides est in peccatore, sed mortua; eget excitante gratia.

AD IV. Excitantis est, proponere obiectum menti congruum: & hoc factum est si fiat ext. insecus: teste ibi S. Augustino; qui tamen non negat internam Dei suasionem.

V. Gratia Excitans datur homini sine meritis præcedentibus, aut præparatione vlla: sed non datur sine actione hominis; etsi detur sine cooperatione lib. arbitrij. Quia Excitans dat initium bonæ cogitationis & desiderij; at hæc sunt hominis, si repentina; fin' & motus secundi sunt, tum sunt liberi arbitrij.

VI. Ad Assentiendum gratiæ Excitanti necessaria est gratia Adiuuans. *Trid. sess. 6. c. 5. Aug. Enchir. c. 32.*

2. Neutra tamen necessitat voluntatem. Nam gratia Sufficiens reij: potest: Efficax, ex hypothesi non potest; at absolute potest repudiari. Quia ea est suasio, que non determinat voluntatem, sed inclinatur per modum proponentis obiectum; sed sic, ut aptum esse homini scit Deus.

3. Adiuuans verò consistit in Directione hominis; in Protectione: in Cooperatione intrinseca. In hisce vocatus homo liberè mouetur in Deum ac sponte; quia potest vocationem recipere & reicere: quod non est necessario moueri; ut quidam exponunt *Conc. Trid. sess. 6. c. 5. can. 4. Vide Bell. lib. 6. c. 15.*

VII. Conuersio hominis, aut Opus pium quodlibet, quæ Opus, est arbitrij cum auxilio generali; quæ pium est gratiæ; quæ opus pium, est ab utroq; simul. Proinde ad reliqua Conuersionis opera ext. seu interna, non requiritur Nova Gratia; sed continuatio datæ Efficacis, ut ad quam indubiè cætera opera consequuntur.

VIII. Habitus gratiæ Iustificantis à solo Deo infunditur; nõ tamen sine præuia dispositione nostra, Quia, cum

k non

nōn educatur è potentia materiæ, exercere, cum vult, cum Gratia Ad-
creari debet: quod solius est Dei. Aug. iuuante; noua excitante nil opus ordi-
in Psal. 118. *Quis facit in homine iustitia- nariè, nam in arduis planè opus spe-*
am, nisi qui iustificat impium? Homo ius- ciali est.
tus autem potest acceptam iustitiam

III. DE IUSTIFICA- TIONE.

De hac quinque: 1. De Iustificationis quidditate: 2. De
Iustitia Inherente. 3. De Naturalis iustitia Qualitate
4. Operibus: 5. & Meritis.

QVÆSTIO XLIX.

Quid est Quotuplex est Iusti-
ficatio?

IUSTIFICATIO est trāslatio hominis à
statu peccati, ad statum gratiæ. Vel, Nō
est sola peccatorum remissio; sed & Sanctifi-
catio seu Renouatio interioris hominis, per
voluntariam susceptionem gratiæ. & dono-
rum. Vnde bipartita est; Remissio pe-
& Infusio gratiæ: Estque duplex: Prima
habitualis, ex impio faciens iustum: Se-
cunda actualis, ex iusto iustio rem. Ita
S. Aug. Con. 26. in Psal. 118. De hac hinc.

II. Acceptio Iustificationis in Scri-
ptura est quadruplex: vt significet
1. Declarare iustum: vt Prou. 7. *Iustus
iustificat impium, & condemnat iustum.*
Hanc propriam solam esse contem-
dunt Luthero-calvinistæ.

2. Præcipere Lege iustitiam: Psa. 119.
Iustificationes tuas custodiam.

3. Acquirere iustitiam: vt Rom. 4.
Iustificati gratis;

4. Augere iustitiam. Eccl. 18. *Non
vix caris vsque ad mortem iustificari.*

III. Iustificationis causa est quadru-
plex: Finis, Efficiens, Materia, For-
ma.

Finalis, 1. *Principalis*, Deus: 2. *Minus principalis*, Gloria Christi, & ho-
minum beatitudo.
Efficiens, 1. *Primaria*, Misericordia Dei: 2. *Meritoria*, ex condigno
Christi passio: 3. *Instrumentalis*, coniuncta Christi Humi-
nitas: 4. *Separata*, est Scriptura.
Materialis, 1. *Subiectiua* est Anima humana: 2. *Dispositiua*, Voluntas.
Formalis, 1. *Intrinseca* est habitus gratiæ: 2. *Extrinseca*, vel, *Exemplaris*
est Christi iustitia: 3. *Formalis in actu*, sunt opera bona.

QVÆ

QVÆSTIO L.

Quid in genere tenendum de Dispositionibus ad iustificationem?

LUTHERANI & CALVINIANI iuxta contendunt, hominem simpliciter à Deo agi: & agere nihil: quin cogitac necessitari. Vide supra quæst. 47.

LUTHERANI requirunt fidem actualem in finibus ad iustificationem. Vide *Luthero-calv. p. 3724*.

Lutherani ante iustificationem requirunt, plene fidem vt instrumentum, non vt dispositionem. Alii Terrores, alij nouæ propositum vitæ. Patebit infra.

AVTOR. I. Carentibus vsa rationis necessaria non est propria dispositio; sufficit aliena. Quia infantes solum aliena volutate sunt auersi à Deo: Nec vrgt præceptum eos, vt incapaces præcepti. Illud *Mar. vlt. baptizantes docete.* &c. de adultis dicitur.

II. Adultus ratione vtens eget propria dispositione vt iustificetur à peccatis. *Trid. sess. 6. c. 5. can. 9.* Hinc orat Ecclesia pro conuersione peccatorū.

1. Reg. 7. Preparate corda vestra Domino. Prou. 16. Hominis est preparare animam. Mat. 3. Parate viam Domini.

III. Præparatio idonea est ex gratia præueniente, cum qua concurrat homo Actiuè; non passiuè. *Ezech. 18. Facite vobis cor nouum. Mat. 7. Facite arborem bonam. Mat. 3. Agite penitentiam.*

IV. Dispositionum principalior autor est Deus, vt causa mouens lib. arbitrium. Sunt autem Actus VII. queis disponuntur adulti: Fides, Timor, Spes, Dilectio, Pœnitentia, Propositum Sacramenti suscipiendi, vitæ

nouæ, & obseruandi præcepta. *Trid. sess. 6. c. 6.* Quos implicite habere sat est; explicite singulos elicere nil opus. Nemo autem infallibiliter cognoscere potest sufficientiam dispositionis suæ. *Trid. sess. 6. c. 9.* Quia nemo certo scire valet se esse in gratia; aut dicere, *Mundum est cor meum.*

V. Per dictas dispositiones nemo meretur gratiam iustificationis: Contrarium nobis affingit *Kemnit. Tri. sess. 6. c. 8.*

Porro de DISPOSITIONIBVS in specie.

QVÆSTIO LI.

Quid sit Fides iustificans?

LUTHERO-CALVINISTÆ Triipisti, tres fides distinguunt; Historicam, *Hebr. 11. Miraculorum, 1. Cor. 13. & Promissionum. Mar. vlt. Saluus eris.* Et hanc Generalem, qua promissam omnibus credimus salutem. Specialem, qua sibi quisque promissionem Dei applicans credit; seu potius Fidem dimissam sibi propter Christum esse peccata, ex speciali misericordia. Hanc Fidem *Melanch. hon. præfat. in tommum 2. Lutheri,* eum accepisse tradit ab *Contracte sui Ordinis,* citante *S. Bernardam.*

LUTHERVS in *Dom. 2. Quadrag. Fides est certa diuina bonitatis & gratia, per Verbum Dei cognita ac manifesta Fiducia,* scilicet *Specialis;* ait *Assert. art. 1. & 15. Sic & Melanch. in Locis, tit. Fides, Opera. Item Electorales Theologi in Colloq. Altemburg. fol. 3.*

CALVINVS *Inst. 3. c. 2. §. 7. Fides est diuina ergo nos beneuolentia firma certa que COGNITIO, qua gratuita in Christo promissionis veritate fundata per Sp. Sanctum; & Reuelatur mentibus nostris, & cordibus Obsignatur. Vbi obiectum fidei statuit Misericordiam solam; & Fidem de hac esse Notitiam, Obsignatam verò notitiam esse Fiduciam: Nam ibidem §. 8. ait Assensionem fidei potius esse cordis & affectus, quam cerebri & intellectus.*

SVADENT Fiduciam istis, *1. Hebr. 11. Fides*

est *esperandarum substantiarum* ὁπός αὐτοῦ id est, expectatio. Iuxta Plal. 38. *Qua est expectatio mea: nonne tu Dominus? Et substantia mea apud te est.* Sic Heb. 3. *Qua domus sumus nos, si Fiduciam & gloriam spei vsque in finem firmam retinuerimus.* Et infra: *Participes enim Christi effecti sumus: Sitamen initium substantia eius vsque in finem firmum retinuerimus.*

2. Rom. 4. *Abraham iustificatus est ex Fide, id est, Fiducia misericordiae: Nam contra spem in spem credidit. Et Non hesitavit dissidentia.* Sic Mar. 11. *Qui quid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis, id est, confidite.* Sic Iac. 1. *Postulet autem in fide nihil hesitans.* 2. Par. 20. *Credite in Domino Deo vestro, & securi eritis, id est, confidite.*

3. Reprehensa Apostolorum timiditas refertur in defectum fidei; vt Mar. 6. *Quanto magis vos modica fidei?* Mar. 8. *Quid timidi estis modica fidei?* Mat. 14. *Modica fidei quare dubitastis?* Mat. 16. *Quid cogitatis modica fidei?* At Timor opponitur Fiduciae. Hebr. 11. 1. Pet. 5. Eph. 6.

4. Rom. 4. *Ideo ex fide vt secundum gratiam firma sit promissio: ergo Fides est Fiducia: Vnde 1. Ioan. 5. Qui non credit, mendacem facit eum.*

5. Fides historica S. Scripturae non iustificat: quia auget pauores & desperationem: Nec ea de minis & iudicio, eadem obeaulam: Nec ea de praecipis, quia auget desperationem, vt de impossibilibus obseruatu: Nec ea de Generalibus promissionibus: quia haec non afferunt quietem animae nisi in specialia applicentur. Ergo sola specialis fides iustificat omnes credentes: Iuxta 1. Ioan. 5. *Hac scribo vobis, qui creditis in Filium Dei; vt sciatis, quia vitam habetis aeternam.* Infra quaest. 54. plura.

AVTOR. In tribus ab hereticis, hac in causa Fidei, dissentire necesse est: In fidei Obiecto, Speciali misericordia: In Subiecto seu potentia Intellectus: In Actu intellectus.

I. VNA FIDES est (non triplex) iustificans. Quia, Heb. 11. *est sperandarum substantiarum, argumentum non appa-*

rentium: at hec vna est & Historiarum, & Miraculorum, & Mandatorum, & Promissionum S. Scripturae. Patet ex contextu capitis 11. cum 10. Nam eadem Fidei tribuitur ibidem.

1. *Per eam intelligemus aptata esse sacra:* quod est Historiae:

2. *Per eam Sancti vicerunt regna, obtinuerunt ora leonum, &c.* Hoc est miraculorum.

3. *Per eam adepti sunt re promissiones.*

EXPLICIT *Fides est ὁπός αὐτοῦ* id est, ait Augustinus sapius, *sperantium fundamentum*, sustentans iustos in spe bonorum & eternorum: Vnde, Heb. 10. *Iustus ex Fide, ceu anima vivit.* Credei tamen, *sperandarum rerum* legitur quod eodem redit. Quia est substantia rerum speratarum in animis sperantium ex fide. Et hoc est in intellectu de futuris.

2. *Argumentum*, convincentis intellectum non apparetium, scilicet, seu rerum *sperandarum*, seu quarum eumque: *Non speratarum.* Et hoc est in intellectu de praeterita transcendet b. Distinguitq; Fidei Christianam ab Opinione, suspitione, dubitatione, vt cogens ad assensum: *fidei vox Substantia* distinguit eam a fide politica; quae est fallax, sine basi ac fundamento infallibili. Vox, *Non sperantium*, distinguit fidem a scientia & intellectu, vt quae luminis evidentiam requirant, & nullam patiantur obsecritatem. Plura de Apostolica fidei definitione in subiectis qq.

DICO AB I. S. Patres Graeci nulli ὁπός αὐτοῦ exponunt *Expectationem*, sed substantiam, & basim vt fides sit quasi anima rerum speratarum; quod basi apprehendat mentique repraesentet

absentes, seu futuras, quasi presentes. Dein, Esto, significet *Expectationem*; non tamen hinc probatur fides specialis. Quia hoc, *rerum sperandarum*, refertur ad vitam æternam, & resurrectionem; Rom. 8. *Expectantes redemptionem. &c. Spe enim salvi facti sumus*: at Expectatio vitæ æternæ non est fides iustificans, etiam iuxta Sectarios; quia hæc fides est de præsentis misericordie certitudine; non de futuræ expectatione.

AD II. Fides ibi accipitur pro Catholica, id est, omnibus à Deo revelatis quæ fuerunt, sunt, erunt; non pro sola promissionum fiducia. Promittebatur Abrahamæ filius; & erat ei fides miraculi, posse fieri supernaturaliter: atque hinc ei spes supernaturalis contra naturalem. Illud, *credite quia accipietis*, sc. vera fides; sed sub conditione, *si bene petatis*. Sic & cætera de vna vera fide, non de sola promissionum intelliguntur.

AD III. Timiditas refertur ad defectum fidei; quia fiducia oritur ex fide: non tamen idcirco fides est fiducia; ut pomus non est pomum, vel contra.

AD IV. Ibi loquitur, non de promissione remissionis peccatorum; sed de promissione quod erat futurus pater Gentium vocandarum ad iustitiam. *ac ideo ex fide*, non ex lege, seu operibus solius naturæ, futura erat iustificatio promissa in Christo gratuita. Malè igitur Sectarii in voce *promissio* volunt intelligi Remissionem peccatorum; & in voce, *Fides*, Fiduciam; cum necessariò debeat intelligi Fides Dogmatica, teste textu ibi to-

to; & promissio Vocationis gentium ad iustificationem.

AD V. Posito, quod ponunt aduersarii, certos esse homines oportere remissionis peccatorum & salutis; bene ratiocinantur; sed assumunt ut certum, quod est probandum. Nam Fides, cum sit Vna sola, respicit historias, miracula, mandata, promissiones: Et hæc generales testantur sufficientiam pretii, & meritum Christi pro omnibus; sed non testantur in omnibus suum sortiri effectum absque conditione ex parte hominum; quia requirunt Fidem & Sacramenta.

QVÆSTIO LII.

An fides iustificans rectè fiat triplex?

LV THERANI vt Kemnitius p. 1. Exam. Trid.

CALVINIANI; vt Calvinus Inst. 3. c. 2. & similes, fidem fingunt triplicem. *Historicam*, quæ in scripturis vera narrari: *Miraculorum*, quæ omnia à Deo fieri posse: *Promissionum*, quæ gratuita per Christum remissio peccatorum creditur. *Historicam diuine Veritati*, *Miraculorum*, *Potentia*; *Promissionum*, *Bonitati* respondere prædicant.

Fide in promissionum *Generalem* iustificare negant; *Specialem* verò solam affirmant.

SVADENT istis, vt Scharpsius in cursu Theol.

1. Fides iustificans est propria electorum. Rom. 10. *Omnis qui credit in illum, non confundetur*. At historica est piis, impiis, diaboloque communis. 1. Cor. 13. 2. *Iac.* 2. Ergo historica non iustificat.

2. Simon Magus habuit fidem, Act. 8. At non iustificantem; Nec miraculorum ergo historicam; quæ non iustificat.

3. Multi fuerunt fideles, qui tamen fidem miraculorum non habuerunt: vt Abraham, Isaac, Iacob, Baptista. &c. Ergo hæc non iustificat.

4. Iudas habuit historicam fidem & miraculorum, *Mat. 10.* at non iustificantem.

5. Multi, habentes fidem miraculorum, damnabuntur. *Mat. 7.* at cum iustificante nemo damnabitur. *Mat. 16.*

6. Fidei historicae obiectum est totum Dei verbum; Actus, omnia in eo credere: Miraculorum obiectum est Dei potentia; Actus credere eam omnia posse: Iustificantis fidei obiectum est Totum Dei verbum, & praecipue promissiones; Actus promissa Sibi Applicare certò. ergo.

AUTOR. *Ista triplex fides*, ait Maldon. in *Mat. 9.* *quam isti nuper inueniunt portentum est, Chymera est: Et si VNAM haberent Fidem, omnem haberent: Quia Triplicem habent, Nullam habent. Verè.*

I. Quia Fides Specialis nouiter conficta est; in Scripturis nusquam reuelata docetur.

II. Quia Miraculorum Fides iustificat: qualis illa *Mat. 16.* *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.* At hoc est Miraculorum; patet ex subiectis, *SIGNA autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dem. &c.* Item Caluinus *Inst. 3. c. 18. §. 8.* fatetur de fide iustificante loqui Apostolum, *1. Cor. 13.* *Manent tria hæc Fides, Spes, Charitas.* Atqui eam esse miraculorum dixit ibidem: *Si habuero OMNEM Fidem, ita ut montes transferam; charitatem autem non habuero, nihil sum.*

III Fides historica iustificat: Quia hæc credimus Christum natum, passum, mortuum. &c. At hæc sunt historiarum, non fabularum; & credita iustificat: teste Symbolo Apostolorum: & *Ro. 9.* *Si in corde tuo credideris, quod DEVS illum suscitauit a mortuis: saluus eris.* *1. Cor. 15.* *Notum vobis facio Euangelium,*

per quod saluamini; quo Christus mortuus est pro peccatis nostris. &c.

IV. Quia si loquuntur Trifidæ Habitudo fidei, seu dono habituali permanente; iam Vna est tantum, se extendens ad omnia Reuelata credenda. Si de Actu fidei; iam tot erant fides, quot particulares articuli fidei fortiturq; nomina diuersa speciatim ex obiecto vario, sc. historiae, miraculorum, promissionum, mandatorum, consiliorum. &c. In istis nulla est quæquam specialis, quam Verbum Dei aut Scriptum, aut Traditum reuelant.

DICO AD I. Maior est falsa & minor. Nam fides formata est electorum; non formata, impiorum electorum; quia credunt; non diligunt Deum.

AD II. Simon habuit fidem veram; sed informem. Dein, Non, edera miracula, iustificat; sed credere edera esse vera.

AD III. Habere fidem de Omnia potentia Dei est fides iustificans; illa quæ supra: at illam habuerunt praedicti. &c.

AD IV. Iudæ fides erat informis quæ, quoad se, est potens iustificare; quoad Credentes, sed non rectè vtopotet; non est efficax. *Perditio tuæ te; auxilium ex me.*

AD V. Fides, & Donum miraculorum hoc differunt, quod illa semper iustificare potest; non hoc: unde distinguuntur Gratia gratis data, & Gratia iustificans: illam habentes damnari possunt; hanc viuam, non possunt.

AD VI. Rectè caput & iugulum suum hic gladium defixit: Nam denominatio & distinctio sumitur ab obiecto.

cto: sed fidei historicæ & iustificantis est Scharpio Totum Dei verbum, in quo & fides de Potentia Dei continetur; ergo cum sit VNUM fidei obiectum, esse & ipsam VNAM necesse est, qua iustitia & hæreditas acquiritur.

INSTAT: Licet fides iustificans semper in se contineat fidem historicam, & aliquando etiam miraculorum; non tamen contrà.

DICO I. Fides iustificans est & Sacræ historicæ, & miraculorum, & promissionum, & omnium quæ Revelata sunt; & contrà: At verò non illa sola promissionum, vt dicit iste, & non docet; patetque suprâ: Deinde, Fides miraculorum est credere edita miracula; non edere posse ea: Neque ea est species fidei, sed actus.

QVÆSTIO LIII.

An Fides Iustificans sit FIDUCIA specialis misericordia?

LUTHERANI suprâ quæst. 51. Fidem esse propriè actantum fiduciam affirmant: Calviniani verò licet etiâ laciniam Notitiæ assuant; Fiduciam tamen communiter propugnant; eiusque obiectum esse volunt tum Scripturam quidem vniuersam; tum verò præcipuè eam, quæ est de Promissionibus factis.

CALVINISTARVM communem sententiam hæc complectitur Scharpius in Cursu Theol. Sect. 22. Controu. 4. Nos fidem esse fiduciam, seu specialis misericordia certam persuasionem; qua quisque fidelis certò statuit SIBI remissa esse peccata in Christo; & SE Salutem æternam consecuturum asserimus.

SVADENT. istis, præter allata superius quæst. 51. 1. Quia Scriptura dicit, Isa. 1. 18. Act. 2. 29. Gal. 1. 4. & 3. 13. 27. Specialem misericordiam ad omnes & singulos pertinere: ergo tam fides singulorum applicare debet.

2. Quia Nulli datur vita æterna, nisi qui particulariter particeps est misericordiæ per fidem; Ioan. 5. 1. 5. Mar. 16. 16. Luc. 7. 50. Ergo fides est specialis certa persuasio, & promissionum applicatio.

3. Scriptura, Rom. 8. v. 15. 16. duos ponit adoptionis testes; Sp. Sanctum in nobis & Spiritum nostrum, id est, conscientiam sanctificatam. Ergo quod specialiter testatur cuique spiritus, id tenetur credere. Sic & 2. Cor. 1. 21. Ioan. 3. 13. & 4. 13. &c.

4. Pontificii volunt nos certos esse posse Salutis spe: ergo & fide. Nam spes fidem sequitur; cum speremus id, quod credimus.

5. Christus exigit particularem persuasionem particularis misericordiæ in plurium curatione; ergo singuli eam habere debent.

6. Timiditas fidei in scripturis arguitur, ergo necessaria est specialis misericordiæ fiducia.

7. Semel in gratiam recepti à gratia finaliter excidere non possunt. Ergo de salute nulli dubitare licet. Vide suprâ quæst. 51.

AUTOR. Fides non est fiducia; teste S. Scriptura.

1. Rom. 4. *Non infirmatus est fide, nec consideravit corpus suum emortuum: in re promissione etiam. Dei non haesitavit diffidentia; sed confortatus est fide, plenissimè sciens, quia quaecunque promisit Deus, potens est & facere. Ideo & reputatum est ei ad iustitiam. En Considerare est intellectus: Plenissimè scire item: Fiducia autem est voluntatis: Diffidentia græcè ibi est ἀπιστία, id est, incredulitas.*

2. 1. Cor. 13. *Manent fides, spes, caritas. &c. Hic fidem iustificantem distinguit à spe, quæ est Fiducia, Iob. 8. spes hypocritæ peribit. Psal. 39. Iere. 17.*

3. 2. Cor. 10. *In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. En credere cogitur fide intellectus quod non intelligit.*

4. Eph.

4. Eph. 3. *In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia PER fidem eius.* Ecce spes præsupponit fidem, & 1. Tim. 3. *acquirit mulierem fiduciam in fide, quæ est in Christo IESU.* Vnde Mat. 9. *Confidite filia; quia præcedens fides tua, præsensque, te saluam fecit.*

5. Scriptura docet obiectum fidei esse omnia, quæ reuelauit Deus: patet infra quæst. 56.

6. Actus fidei est in Scripturis *Credere*: at fiduciæ est *Fidere*. Fidere autem non explicatur semper in Scripturis per *Credere*, ut volunt aduersarij: quia absurda contingerent plura: Vt Ioan. 14. *Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite.* Act. 8. *Credo Filium Dei esse IESUM.* Rom. 10. *Corde creditur ad &c.* similia absurdè exponuntur pro fiducia.

7. *Substantia rerum sperandarum*, id est, futurarum est fides; quia futura facit præsentia: at repræsentare est intellectus, non voluntas. Item *Argumentum*, ἐλεγχος, id est conuictio ad intellectum pertinet, cuius est iudicare, & assentiri. Ibidem: *Fide intelligimus aptata esse sæcula Verbo Dei.* At intelligere non est voluntatis seu fiduciæ. Ibid. *Fide Noe metuens aptauit arcam.* id est, quia credidit certò futura, ideo metuebat: at fiducia excludit metum. Ib. *Accedentem ad Deum oportet credere, quia est; & inquirentibus se Remunerator sit.* At hic *Credere* non potest exponi per *Fidere*: non enim confidimus esse Deum; sed credimus.

Dico AD I. Generalis misericordia Dei pertinet ad singulos in actu signato, Dei voluntate, qui *vult omnes*

saluos fieri: at non pertinet ad singulos efficaciter; ex defectu suscipientium eam; ut incapaciū suā culpā; non Dei cautā. Applicare verò eā sibi possent ac deberent singuli per obseruationem mandatorum, vñ Sacramentorum. &c. & sic sperare bene.

AD II. *Per fidem*, solam promissionum? Falsum iam patuit supra; patet & infra. Deinde *particulariter patet* sic, ut iam dictum, scilicet per Vnam & in charitate viuam fidem. Falsitas consequentia est. Quia *fides est sperandarum*, id est, omnium reuelatarum *substantia rerum*, non *applicatio earum*.

AD III. Primum, de Apostolis asseritur, quæ certitudo specialis constabat ex speciali reuelatione. Deinde Spiritus Spiritui nostro testatur per modum spei & consolationis; non dei & reuelationis.

AD IV. Spes nostra respectu Dei certa est; at nostri respectu incerta quia mutabiles sumus, & *nescimus quid sit spiritus simus; nescimus odio an amore digni simus.*

AD V. Primum ab aliquibus solum ad omnes nulla sequela est. Requirit autem Dominus ab aliquibus fidem, non specialem illam promissionum, sed Generalem omnium reuelatorum, seu reuelandorum. Demum necessaria est cuique post fidem etiam fiducia seu spes, sed non ipsa certitudo.

AD VI. Timiditas fidei generatim arguitur, quod non exerceretur per tempore, loco, casu, statum, uti poterant & debebant viri modicæ fidei. Vnde & augeri eandem orandum est; non illam specialem.

nisi quoad spem meliorem.
ADVII. quæst.

QVÆSTIO LIV.

An fides iustificans sit NO-
TITIA?

LYTHERANI, vt Kemnit. in exam. Triid. part. 1.
ad fidem pertinere vult tum Fiduciam, tum & No-
titiã: Eò quod in fide sit.

1. Notitia, id est, cogitatio promissionum:
2. Assensio, statuentium eas ad se pertinere:
3. Desiderium iustificationis ex iis exoriente:
4. Fiduciam accedenti ad thronum misericor-
diæ.

Deinde quia Scriptura tribuit cordi, quæ ad in-
tellectum & voluntatem pertinet. Vt, Mat. 9. *Quia
cogitasti mala in cordibus vestris.* Mat. 22. *Diliges.
&c. ex toto corde.*

Demum S. Bonaventura spem ait, quoad certitudinem pertinere ad intellectum; ad voluntatem verò quoad expectationem.

CALVINVS *Inft.* 3. c. 2. Affirmat, non ignorantia & sensus nostri submissione; sed cognitione certa regnum cælorum adiri: Quia
1. Tim. 3. *dammantur semper discentes, & ad scientiam veritatis nunquam peruenientes.*

SCHARPVS in *Cursu Theol. sect. 22. quæst. 1.* distinguit Fidem: De implicita, quã nec Apostoli multa non distinctè cognouerunt; non controuerti, sed conuenire omnes. At de fide Apprehensionis quæri, id est, de sensu particularis gratiæ, quo cupiunt credere, Sic ait Fides non est assensus in rem incognitam; sed ad eam requiritur Notitia Verbi & præcipuè promissionum.

SVADENT istis. 1. Singuli tenentur esse parati ad reddendam rationem fidei omni postulant. 1. Pet. 3. Ergo fides est notitia; quia hæc illi hoc opus.

2. Rom. 10. Credere corde, & confiteri ore fit ex præcedenti cognitione, id est, fide: ergo hæc est notitia. Vnde Isa. 35. *Cognitione seruus meus iustificabit multos.* Ioan. 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.*

3. Sublato Verbo tollitur & fides; id enim huius est basis: Isa. 55. Ioan. 20. Rom. 17. 10.

4. Sermo Christi in nobis inhabitare debet in omni sapientia, vt & alios doceamus, Col. 1. 16. & c. 2. 2. At huc opus notitiã.

5. Fides Pontificiis est *sperandarum substantia rerum*: est *de yxos* seu Demonstratio, seu Conuictio: Et res speratæ nullam habent basin in intellectu. Vnde Quod subsistit in intellectu est notitia; at fides ibi subsistit. ergo: Et Demonstratio fit ex præcedente cognitione: Et Conuictio fit per argumentationem, in qua est notitia principiorum.

6. Fide intelligimus ea, quæ fide apprehendimus: Heb. 11. 3. Ergo fides est notitia.

7. Fidem melius definiri per ignorantiam quam per notitiam, ait Bell. l. 1. c. 5. 7. Ergo fides est ignorantia: Per fidem, id est, ignorantiam iustificamur: id per peccatum: quia ignorantia illius, quod scire debemus, peccatum est.

8. Fides non habens notitiam est inferior habente aliquam: at Pontificia habet nullam; diabolica & historica aliquam. Iac. 2. ergo illa est hæc inferior.

AVTOR. I. Fides non est notitia, sed Assensus.

1. Teste S. Scriptura in meo *Antichristo*. p. 4. q. 30.

2. Ita S. Patrum consensus. S. Iren. l. 2. c. 45. *Melius est nihil omnino scientem credere Deo, & perseverare in eius dilectione; quam per questionum subtilitates, & multiloquium in impietatem cadere.* S. Hil. l. 8. de Trin. *Habet nõ tam veniam, quam premium, Ignorare quod credas. Quia maximum stipendium fidei est, sperare quæ noscitas.* S. Aug. epist. 102. *Si propter eos solos Christus natus est, qui certa intelligentia possunt ista discernere: pene frustra in Ecclesia laboramus.* Quare, lib. contra epist. fund. c. 4. *Turbam non intelligendi viuacitas; sed credendi similitudo; licitas tuam facit.* Idem tract. 27. in Ioan. *Non quia cognouerunt, crediderunt; sed vt cognoscerent, crediderunt.* Serm. 189. de temp.

Vocaris fidelis, non rationalis. Accepto baptismo dicimus; fidelis factus sum, Credo, quod nescio, Sic & ceteri.

3. RATIO. In credente est Apprehensio, & Iudicium seu Assensus: At Apprehensio est quid fidem præcedens, non fides; ceu & infideles mysteria fidei apprehendunt. Neque apprehensio est propriè notitia. Assensus verò, sequens Rationem rei, est notitia: at sequens Autoritatem proponentis, est Fides. Vnde S. Aug. l. de utilit. credendi c. xi. *Quod intelligimus aliquid, rationi debemus: quod autem credimus, Autoritati.*

DICO AD I. Ratio articulorum fidei est duplex; Diuina; vt Reuelatio; Humana; vt Conformitas eorum ad intelligentiam nostram, seu conuenientia. Vnde Apostoli dicti sunt TESTES, non Magistri Quare fidei non est notitia, nisi supernaturalis: At reuelationis, Testimonii, Consensus Ecclesiæ habetur notitia.

AD II. Fides infusa prior est in intellectu, quam in cordis affectu, seu oris effatu. Sic & *Cognitio Christi* est effectus Fidei infusæ, præsupponens reuelantis autoritatem. Sic Aug.

AD III. Fides est ante Verbum scriptum: Nam Adam, Abel, Enoch, Abraham. &c. crediderunt absque Scriptura: non ergo fides tollitur verbo sublato: sed contra.

AD IV. Ex infusa docere sapientia oportet eos, qui ex officio sic vocati sunt: Non enim omnes sunt doctores: Cuiusque tamen docere pro modulo suo.

AD V. Notitia propriè dicta est naturalis, ex naturæ principii; ea natu-

raliter consistit in intellectu: At supernaturaliter supernaturalis notitia, quæ impropiè sic dicitur, est que fides. Et huius Demonstratio est ex præexistente Reuelatione, & huius testibus; Atque inde est Conuictio transcendens rationem.

AD VI. Fide intelligimus supernaturaliter, quod est credere non scire.

AD VII. Patet supra ex S. Patribus.

AD VIII. Item inde. Dein, Falsitas maior est. Et diabolorum fides mortua est, habetque notitiam ex amissione visionis beatificæ; ideo non est verè fides, licet vera. Demum Notitia fidei & Fides differunt: hæc solum est fidelium; illa etiam infidelium esse potest.

QVÆSTIO LV.

Quod fidei iustificantis OBJECTVM?

LUTHERANI perinde & CALVINIANI vt patet *quæst. 51.* Fidei iustificantis obiectum ponunt specialem Dei misericordiam, in toto quidem Dei verbo propositam: at præcipue in *Promissionibus*. Ita communis apud Scholasticum in *Cursu Theol. de iustif. quæst. 3.*

SVADENT istis. 1. Christus & Apostoli docent præcipue prædicandum esse Evangelium de promissionibus. 2. *Cor. 1. 9. & 5. 18. Mar. 1. 9. Act. 20. 24.* Ergo idem præcipuum est obiectum fidei.

2. Propter quod præcipue cognitum & creditum datur vita æterna; idem est obiectum fidei: at id Christus est eiusque promissio. *1. 17. 3. & 6. 47. Rom. 10. 11.*

3. Stantibus promissionibus stat & fides: cessantibus in altera vita, cessat & hæc: ergo fides præcipue respicit illas. *1. Cor. 13. 7. 12. 1. Thim. 11. 7. 39.* Ideo Paulus, *1. Cor. 1. 7. 17. 23.* omnem suam

suam scire in Christum refert. Similia batho-
loga congerit plura Scharpius ipsa inops
copia.

AVTOR. Fidei iustificantis obie-
ctum non est Specialis misericordia; ut
supra liquet quaest. 5. Sed Omnia ab
Deo reuelata mediate, seu imme-
diate.

1. Sic Scriptura in meo *Antichristo*
p. 4. q. 31. Quia quam fidem Christus
exigebat, & miraculis confirmabat, ea
erat iustificans; ideo non predicabat eam
ut homines saluarentur, Luc. 19. *veni-
ens quaerere quod perierat*: At Mat. 9. a
caecis fidem exigebat omnipotentiae,
non misericordiae specialis. Sic Mat.
16. Fides Petri erat de Diuinitate. De
hac & illa Centurionis fides erat, Luc.
7. Sic & Nathanaelis, Ioan. 1. Et Mar-
tha, Ioan. 11. &c.

2. In scripturis fides iustificans re-
spicit alia obiecta subinde, quam Mi-
sericordiam; ut Mar. 1. *Si vis, potes me
mundare*; Phariseus, Luc. 18. habuit fi-
dem specialem credens se iustum; non
tamen cum ea est iustificatus. &c. A-
postoli similia testantur: Rom. 4. de fi-
de Abrahæ; quæ non respexit remis-
sionem peccatorum. Rom. 10. Resur-
rectio Christi fit obiectum fidei sal-
uantis. &c.

III. TRADITIO est, Fidem iusti-
ficantem non esse fiduciam misericor-
diæ, sed Assensum ad omnia verbi scri-
pti & traditi. Nam S. Patres testantur
SYMBOLVM ab Apostolis conditum
esse, ut fidei totius summa constaret:
Apostolico adde Nycænum, Con-
stantinopolit; & Athanasianum: At
in ijs nec apex de speciali misericor-
dia. Non in eo; *Credo Sanctam Ecclesiam,*

id est, ait Lutherus, *nullum esse amplius
peccatum in ea, nullam mortem*: Nam in
area sunt paleæ multæ, mali pisces in
rete. &c. Deinde idem credunt Cate-
chumeni; non tamen iustificati sunt:
Non in eo; ut vult Melanch. *Credo re-
missionem peccatorum; quam fides iusti-
ficans proprie intuetur*; Nam ea est mini-
ma pars Symboli, scil. duodecima; &
videntis aliis vna præpolleret? Deinde
ea docet Generalem, non Specialem
misericordiam.

IV. RATIO. I. Quia nusquam in
Scriptura est remissio & misericordia
specialiter annunciata mihi, tibi: &c.
Sed generatim: Neque est vsquam i-
sta propositio: *Omnis, qui credit SISI ef-
se remissa peccata iustificatur*. Neque ex
Antecedente conditionato rectè in-
fertur conclusio absoluta, sed condi-
tionata: ut *Si credis saluus eris*: Act. 8. Ro.
10. Neque ista: *Qui credit in Filium; ha-
bet vitam æternam. Qui credit, iustificatur*: &c.
rectè inferri sinunt SOLAM FIDEM
iustificare: ut infra patebit.

2. Fides iustificans præcedere de-
bet iustificationem: Rom. 5. *Iustificati
EX fide*. Rom. 3. *Iustificat PER fidem*.
Nam causa prior est effectu. Atqui fi-
des specialis sequitur iustificatio-
nem; quia ante hanc illa est falsa; cum
necdum sint remissa tibi peccata. Nā
res creditas, ut Remissio, debet esse an-
te fidem; & obiectum ante actum, hic
enim ab illo pendet.

3. Fides specialis è medio tollit ora-
tionem, Sacramenta, opera bona, a-
liaque saluti necessaria. Nam quid o-
rem fieri, *Dimitte nobis debita nostra*:
quod iam ante orationem fide factum
credo? Quid opus baptismo, si iusti-
fica-

ficatus sim fide que preire baptismum debet?

4. Fiducia specialis iustificare nequit: quia pendet à bona conscientia & vita: at hæc sequitur iustificationem; ergo magis fiducia.

5. Fides iustificans tranquillitatem parit, Rom. 9. at Specialis Fides, desperationem: Vult enim Calvinus *Inst.* 3. c. 2. quemque & Credere, & certo Cognoscere debere se esse prædestinatum, fidemque amitti non posse: At hanc fidem falli posse docet experientia Caluini desperantis: Quin & testimonium eius ibid. *Tot vanitatis recessus sunt, tot mendacij latebris scatet cor humanum, tam fraudulenta hypocrisis obiectum est; ut seipsum saepe fallat. At verò qui talibus fidei simulacris gloriantur, intelligant diabolis nihilo se in hac parte præcellere.*

DICO AD I. Non Præcipue; quia nusquam hoc in Scriptura: Sed Euangelium in communi iubetur prædicari.

AD II. Minor falsa nititur eodem. Nam quod præcipue iustum est prædicari, id & creditum iustificat: at hoc est Euangelium totum; non particula promissionum.

AD III. Falsa consequentia. Nam omnium articulorum, non promissionum duntaxat fides cessabit, quando facie ad faciem videbimus Deum ut est: idco stans hic fides respicit omnes ex æquo fidei articulos.

QVÆSTIO LVI.

An SOLA Fides iustificet?

LUTHERO-CALVINISTÆ affirmant sola fide ap-

prehendi iustificationem: sicque in Recontroversiis at differunt in Modo, ac dissentiunt tum à nobis, tum & inter se in Modo, in Actibus iustificationis, & in voce SOLA.

I. Quo Modo fides iustificet?

1. LUTHERANUS in Gal. 2. *Fides est formalis iusticia, PROPTER QUAM homo iustificatur: Non propter ebaritatem.* Flacciani idem tribuunt Wittenbergenfibus in *Colloq. Altemburg.*

ALIJ LUTHERANI ferè omnes id negant, quòd per modum causæ formalis, physica, aut meritorie iustificet: sed tantum RELATIVE, quia respicit, & recipit oblatam indulgentiam. His ergo, sola fides iustificat, id est, homo iustificatur per gratiam Dei non imputantis peccata, quam Fides, cum manet elemosynam, recipit. Vide infra quæst. 18. p. 60. 61.

II. Dissentiunt in ACTIBUS virtutum: seu operum, ut spei, dilectionis percontantur.

1. LUTHERANI RIGIDI, ut Ministri Saxoniæ in *Colloq. Altemburg.* volunt ita Fidem SOLA iustificare, ut excludat aliarum virtutum & Prædicationem & Meritum Lutherus in Gal. 2. *Fides sine opere ante caritatem iustificat.* Et to. 1. disp. de operibus propos. 3. *Fides nisi sit sine vultu etiam minimi operibus, non iustificat: imò non est fides.*

2. CALVINUS in *Anti. Trid. sess. 6. art. 11.* SOLA ait fidem iustificare; sed non esse solam: sicut solis calor accendit solus, non tamen est solus, sed cum splendore. Sic & Melanchthon in *Locus com.* & Wittenbergenfibus in *Colloq. Altemburg.* prærequirunt eas virtutes; hisque accedere volunt Fidem, quòd PROPTER VERBUM DEI habeantur remissionem peccatorum: non propter has virtutes. Sic Flacciani seu Molles de Electorales.

III. ALII vocem SOLA volunt subaudiri, quod queret ceteri; non ideo corrigendum; cum non interpretatur in Scriptura.

2. ALII acerrimè dicant, esse exprimescendam ac tuendam proptis ac foci.

SVADENT vniuersim istis. 1. Scripturæ docent, hominem sine operibus iustificare.

2. Scripturæ nominant solam Fidem, omnis operibus.

3. Dicunt hominem gratis iustificari.

4. Docent, omnes, qui credunt, iustificari & saluari.

5. Prædicant efficaciam verbi Dei; quod sola fide apprehenditur.

6. Docent irritam fore promissionem si lege aut operibus nitatur, & non sola fide accipiatur.

AVTOR. Non sola fides iustificat, id est, non

est, non disponit hominem ad gratiam iustificantem, nisi vt initium & radix prima iustificationis agit quod sum est, & suas cæteris virtutibus partes relinquit, quæ etiam iustificant.

I. DOCE TVR Inductione. 1. Fides est principium: Heb. 11. *Accedentem ad Deum oportet credere, quia est.* &c. Rom. 10. *Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt?* Ioan. 1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius.* Ratio. Quia appetitus nequit amando vel sperando tendere in obiectum sibi non apprehensum: sed fides apprehendit amanda & speranda: ergo spes & charitas præsupponunt actum fidei.

2. TIMOR iustificat. Eccl. 1. *Qui sine timore est, non potest iustificari.* Prou. 1. *Timor Domini principium sapientiæ.* Prou. 14. *fons vitæ.*

3. SPES iustificat. Prou. 28. *Qui sperat in Domino sanabitur.* Mat. 9. *Confidite fili, remittuntur tibi peccata tua.*

4. DILECTIO aliqua prior est remissione peccatorum: Imperfecta, tēpore; Perfecta naturâ prior est. Eccl. 2. *Qui timetis Dominum, diligite eum & illuminabuntur corda vestra.* Luc. 7. *Remittuntur ei pec. multa, quoniam dilexit multum.* Gal. 5. *Fides quæ per dilectionem operatur.* Deus tamen prior nos diligit per gratiam præuenientem.

5. POENITENTIA iustificat: Act. 2. *Pœnitentiam agite.*

6. Desiderium Sacramenti suscipiendi iustificat voto.

7. PROPOSITVM nouæ vitæ. Eccl. 18. *Facite vobis cor nouum.* Mat. ult. *Docentes seruate omnia.*

Itarum dispositionum ratio con-

formis est ordini naturæ. Nam iustificandus

1. Concipit ex auditu fidem se posse iustificari:

2. Se peccatorem intelligens, timet.

3. Sperat Deum fore sibi propitium.

4. Hinc Deum diligit.

5. Doletque se peccasse.

6. Media quærit sui expiandi.

7. Proponit emendationem.

DICO AD I. Tria notanda. 1. Apostolo *lex factorum* est, quæ iubet quid faciendum sit: *Lex fidei*, est fides, quæ impetrat gratiam faciendi. Illa occidit iubendo, non iuuando; hæc viuificat auxiliando. Et lex fidei requirit maximè fidem, dein & opera: at lex factorum maximè opera, dein & fidem.

At LVTHERO-CALVINISTAE legem operum sola opera, legem fidei solam fidem requirere fingunt.

2. *Iustitia legis* sunt opera per legem præscripta: quæ Apostolus commendat, non reijcit, Rom. 2. *Factores legis iustificabuntur, Iustitia ex, vel in lege* sunt opera, quæ fiunt sola cognitione legis, non ex gratia Dei, ideo iustificant coram hominibus, non coram Deo: & Apostolus opponit eâ *iustitia fidei*, vocatque propriam.

3. Per opera, quæ fidei opponit, & à iustificatione excludit Apostolus, intelliguntur ea, quæ fidem præcedunt & sol. s lib. arbitrij viribus fiunt: iuxta S. Aug. & Hieron. Non autem seu ante, seu post fidem facta; vt fingunt sectarij. Neque solum legales ceremoniæ: vt volunt quidam Catholici.

1. Qui Rom. 4. Eph. 2. Tu. 3. opera simpliciter excludit, nulla mentione

13 facta

facta legalium, 2. Quia Rom. 2. *Qui operatur, merces imputatur secundum debitum, non secundum gratiam: talia sunt opera, quæ solis naturæ viribus fiunt. Ex his obiecta loca soluantur. Ro. 3. 4. Gal. 2. Eph. 2. Tit. 3. Phil 5.*

AD II. Et si fides subinde sola nominetur; non tamen sola iustificat: Sic ut & aliæ virtutes quandoque nominantur solæ. Cum enim plures causæ ad vnum effectum concurrant; nunc hæc, nunc alia nominatur. Deinde licet aliquando sola fides sufficiat ad miracula impetranda; non ideo etiam ad iustificandum.

AD III. Vox *Gratis* bifariam capitur: 1. Ut opponitur Debito ex iustitia, vel Merito ex condigno; tunc gratuita iustificatio non excludit Opera dispositiuè concurrentia, vel ut Merita de congruo. 2. Ut opponitur operi facto ex solis naturæ viribus; tunc ea excludit tantum merita propria, id est, nostra ex nobis; non quæ ex Dei auxilio sunt nobis, ut est fides, spes, timor, pœnitentia, &c.

INSTAS: Meritum & Merces sunt relata; si igitur iustitia ex merito datur, ergo non gratis.

DICO. Ut meritum quoddam est ex congruo, sic & merces ex congruo est, quæ magis ex gratia, quam iustitia, debetur. *Rom. 4.*

AD IV. Vox *Omnis* bifariam capitur.

1. Negatiuè: Ut, *Omnis qui credit, iustificatur*, id est, nemo sine fide iustificatur. Ut ait S. Aug. l. de prædest. c. 8. sit vnus doctor grammaticæ in vrbes dicatur, Omnes ab eo discunt Grammaticam, id est, nemo discit sine illo. Ita

Deus vult OMNES saluos fieri; id est, nemo fit saluus sine Deo.

2. Omnis, id est, omnia hominum genera. Nam Ro. 10. *Non est distinctio Iudei & Græci; nam idem Dominus omnium.*

AD V. Non sat est verbum sola fide apprehendi, nisi & charitate impleatur: cum, ut promissiones offerret, sic præcepta iubeat.

LUTHERVS igitur errat, fidem ex tollendo.

1. Quod legem impleat, quæ alioquin facta æquit impleti.

AT hoc est caritatis, *Rom. 13. 10. 4.*

2. Quod fides summum obsequium Deo exhibeat; glorificando eum veracem in promissionibus.

AT Mat. 5. *Videant Opera vestra, & glorificent Patrem: non ergo sola fides glorificat; sed quæ per caritatem operatur.*

3. Quod fides animam sponsat Deo.

AT media caritate.

AD VI. Foret irrita promissio, & inanis fides nostra, si iustificatio posset habere per solam legis cognitionem, aut per opera solis naturæ viribus facta.

Nusquam enim docet Scriptura, iustificationem fieri Aut sola promissionum apprehensione per fidem Aut non pendere eam ex conditione operum. Nunc vniuersè dicta explicatius & breuius dispiciamus.

QVÆSTIO LVIII.

An, & Quo Modo SOLA FIDES iustificet?

I. LUTHERVS non valens istud SOLA repetere per Scripturam, in *Rom. 4. capus* eam fidenter inaccessibiliter monitusque respondit: *Sic volo, Sic in hoc sit promissione voluntas.*

CALVINVS *Inst. 3. c. 11. §. 19.* producit Scripturas dicentes, *Fidem iustificare sine operibus*

ribus: ergo infert sola iustificat. 2. Deinde concedit, præter fidem requiri aliarum actus virtutum: at hisce vim inesse iustificandi pernegat, in Antid. Trid. sess. 6. can. 9. *Hominem sola fide iustificari cum dicimus, fidem non fingimus caritate vacuam; sed ipsam solam iustificationis causam esse intelligimus.* In Can. 11. *Fides sola iustificat; fides tamen, quæ iustificat, non est sola.* 3. Actus tamen charitatis, timoris, &c. etiam iustificanti, sed non nisi in virtute fidei.

AVTOR. DICO AD I. Voluntas Lutheri, neque producta Scriptura Caluini soluit hunc diuinæ rationis nodum: Nihil asseri ab Sæctarijs debet, nisi in Scripturis expressum: at Solam fidem iustificare, nusquam in ea extare docent. Ergo.

AD II. Scriptura tam aliarum virtutum actus iustificare ait, quam fidem: Nam Eccl. 1. *Timor Domini expellit peccatum.* Luc. 7. *Remittentur ei peccata multa; quoniam dilexit multum.*

AD III. S. Aug. 1. 15. de Trin. c. 18. *Ipsam fidem non facit utilem, nisi caritas. Sine caritate quippe fides potest esse, sed non prodesse.* Quia Gal. 5. *In Christo &c. prodest fides; quæ per caritatem operatur.* Aug. in Ench. c. 8. *Sine amore fides nil prodest.* Quia informis est: at Caluinus informem asseret iustificare solam sine caritate, licet sine hac non sit, vt solis calor non sine luce est.

Denique, Si sola iustificet, necesse est omnes iustificari qui habent Solam. Improbè igitur Lutherani Caluinitas, & illos hi condemnant, vt hæreticos. Nam æquè vtrique Solam habere iactant.

DICANT alter utriusque habere Solam, sed erroribus permistam.

At quid inde? Aut Solam, aiunt, habens fidem, sibi remissa peccata; iusti-

ficatus est & perire nequit: Aut, si peccat, non sola iustificat. Et iustificanti soli non obstant quæcunque peccata; vt per Solam remissa; ergo nec obstant errores hæretici. Quid ergo de fidei articulis tam infestè digladiantur, cum nec obsint, nec profunt Soli fidei iustificanti & saluanti?

II. LUTHERANI: Sola iustificat sic, quia sola apprehendit iusticiam Christi actualem. Sicut Manus apprehendit eleemosinam. Ita Melanch. in *Locis Com. tit. de bonis operib. Rom. in sess. 6.*

CALVINUS Inst. 3. c. 11. §. 7. *Fides, etiam si nullius per se dignitatis sit vel pretij, iustificat nos; Christum asserendo; Sicut Olla pecuniis referta hominem locupletat.*

Explicat ipse MODVM solius iustificantis.

1. Vt Causa effectiua iustificationis; in Antid. supra: *Solam fidem iustificationis CAUSAM intelligimus.* In Can. 11. *Vim iustificandi ac facultatem fidei in solidum vindicamus.*

2. Vt Causam Instrumentalis; Ibid. §. 7. *Fides est duntaxat Instrumentum percipiendæ iustitiæ.*

3. Sola iustificat, vt causa Efficiens, Materialis, Formalis vel vt Instrumentalis. Ita Inst. 3. c. 14. §. 17. *Efficientem causam vitæ æternæ nobis comparanda vbiq; Scriptura predicat. Patris cœlestis Misericordiam; & gratiam erga nos dilectionem; Materialem verò, Christum cum sua obedientia, per quam nobis iusticiam acquisiuit. Formalem quoque vel Instrumentalem, quam esse dicimus, nisi fidem?* Idem ibid. §. 21. 4. Et tamen fides nihil efficit in negotio iustificationis; Quia Inst. 3. c. 13. §. 5. *Quoad iustificationem res est merè PASSIVA, Fides.*

AVTOR. *Apostata vir inutilis*, Prou. 6. & inconstans MODVM per omnes ducit causas, & asserit has omnes; iterumque negat omnes; dum fidem vult Rem merè Passiuam esse. Quid inconstantius dici, fingique potest? Sed & porrò cumulat variatione suas, vt iugulet seipsum hoc magis; mi-

nus-

nusque indigeat refutationis nostræ. Nam si quæras: Quis sit propriè Actus fidei, qui iustificat?

CALVINVS. I. ait Inst. 3. c. 11. §. 2. Qui Christi iustitiam per fidem APPREHENDIT. Sic & cap. 16. §. 1.

2. Actus, Inst. 3. c. 2. §. 2. Ex eo salutem consequimur, quãdo Deum Agnoscimus nobis esse propitiũ Patrem. Et §. 16. Verè fidelis non est, nisi qui solida persuasionẽ, Deum sibi propitiũ Patrem esse persuasus, de eius benignitate omnia sibi pollicetur.

3. Actus, Inst. 3. c. 2. §. 11. Peccatorum remissionem Sp. Sanctus propriè in solũ Electis obsignat; ut eam Speciali fide APPLICENT.

4. Actus ibid. §. 16. Verè fidelis non est, nisi qui confidenter se regni cœlestis heredem gloriatur.

Ecce Actus quaternos; Apprehendere iustitiam Palsi: Credere promissionem propitij sibi Dei: Applicare sibi eandem: & Credere se excidere accepta iustitia non posse.

AVTOR. Tanta in varietate quo modo quis saluabitur? Vno contenti, iustificari nequibunt: Quia Calvinus ex æquo requirit singulos. Sin' omnes necessarii: certè ex Scriptura doceri nequit. Nam dictum Magdalenz, Luc. 7. fides tuate saluam fecit. Hæmorrhoiis, Luc. 8. Filia, fides tua saluam te fecit. Apostoli, haud dubiè iustificati, non credebant passurum Iesum, Luc. 18. v. 31. Mat. 16. v. 21. At ostendantur actus dicti in eis: nam duæ illæ nihil dum sciebant de passione Domini: hi non eam credebant, & ex fide accepta exciderunt. Quo igitur Modo iustificati sunt?

QVÆSTIO LIX.

An vera fides possit reipsa ab Dilectione separari; ut SOLA iustificet?

LYTHERANI Rigidi affirmant rectè, sed malè

ceterarum virtutum præsentiam merent; excludunt, quòd SOLAM fidem pernicacius propugnent. Vide supra quæst. 17.

CALVINISTAE verò pernegant, cum Melanch. apud Scharpium in *Curso Theol.* sect. 22. q. 6. Veram fidem iustificantem, aiunt, nunquam sine Dilectione esse posse magis, quam ignis sine calore, aut sol sine lumine.

SVADENT istis. 1. Quia Iac. 2. fides sine caritatis operibus est, ficta & mortua.

2. Quia nemo nouit Deum in Christo, id est, credit, nisi qui mandata eius seruat, 1. Ioan. 2. id est, diligit.

3. Nemo in luce est & manet, id est, credit, nisi qui diligit. 1. Ioan. 2.

4. Omnis qui credit, est filius Dei, id est, Deum amat, 1. Ioan. 5.

5. Dilectio est forma fidei, ut volunt Protestantij: at forma dat esse rei: ergo ab elle nequit.

6. Deus in Christo iudicabit de fide & dilectione, Mat. 25. Luc. 7. Ergo, Nam ponit, 1. Ioan. 13. v. 35. dilectionem infallibile signum fidelium.

7. Fides semper est efficax & operatur per dilectionem: Gal. 5. Ergo separari nequeant.

8. Fides datur electis ut eis proficit: at fides sine caritate nil prodest, 1. Cor. 13.

AVTOR. Fides per se, sed informata, potest à dilectione, cæterisque virtutibus separata esse. 1. Ioan. 12. Multi ex Principibus Crediderunt in eum; sed non Confitebantur. Dixerunt enim magis gloriam hominum, quam Dei, quod est non diligere Deum.

INSTANT: Habuerunt solùm notitiã Christi imperfectam; non fidem veram.

AT crediderunt ait absolutè; sicut ibidem ait & de alijs, Credebant; item Non credebant. Consentit S. Aug.

H. 1. Cor. 13. Si habuero omnem fidem &c. Caritatem autem non habueri nihil sum.

INSTANT. I. Ex suppositione loquitur, què nil affirmat, nec ponit in re: docetq; ex conditione

ditione impossibili necessitatem dilectionis.

2. Loquitur de fide miraculorum, non de iustificante.

At, 1. Iustificantem fidem à fide miraculorum in multis separatam esse dicit, Mat. 7. *Multi dicunt: Nonne in nomine tuo prophetam uimus, dæm. eiecimus?* &c. ergo argumentum est à possibili, fieri solito.

2. De in euidenter docet conditionatè; Si fides sine caritate esset, nil prodesset: Ergo sola fides nil prodest. Esse autem sola potest, & vera, at non uia.

3. Demum fides miraculorum est uerè iustificans fides; patet *suprà quest. 52. & 56.*

III. Iac. 2. *Quid prodest, si fidem quis dicat se habere; opera autem non habeat? Nunquid poterit fides saluare illum?*

INSTANT. Caluinus Inst. 3. c. 2. §. 17. loquitur de fide historica inani:

1. De dicentibus se habere fidem; at uerè desitunt.

2. De fide Essentiæ Dei, non Beneuolentiæ.

3. Fidem sine operibus comparari cum fide dæmonum.

4. Fidemque eam dici mortuam; quod autem mortuum est, non est.

At 1. Eam absolute *Fidem* appellat; qualè Iac. 2. dicit fuisse Abrahami operosam; & concludit: *Videtur quod ex operibus iustificatur homo; & Non ex fide TANTVM?*

2. Non negat, sed affirmat tales iactatores fidei fidem habere; sed non saluantem.

3. Fides beneuolentiæ est uniuersè etiam Essentiæ: quia Bonitas Dei Deus est.

4. Fides improborum, & dæmo-

num eadem est ex parte obiecti, & uera: differt tamen utraque quòd hominum sit libera; dæmonum coactè extorta: unde *contremiscunt.*

3. Fides dicitur mortua, ut corpus: non ut homo: post mortem enim illud est, hic non est. Nec vita est de essentia fidei; sed accidens.

IV. In Ecclesia sunt boni & mali; teste area, Mat. 13. Veste nuptiali, Mat. 25. Reti, Mat. 22. Et tamen omnes in ea sunt fideles; sed non omnes charitate præditi.

INSTANT. Malos habere fidem historiæ, non beneuolentiæ.

At id in questione est. De in arguuntur, non de amissione fidei, sed de omissione operum, ut ille carens veste; carens oleo; hirci à sinistris damnantur ob operum nuditatem.

V. Fides & caritas disiungi inuicem possunt; *Tum quia* neutra est de ratione alterius, ut esse debeant una uirtus 1. Cor. 13. *Mantent tria hæc, fides, spes, caritas:* itaq; duæ sunt uirtutes, habentq; duo subiecta, obiecta, & actus. *Tum quia* una non necessariò nascitur ab altera: licet fides dicatur gignere caritatem: Sed quòd disponat ad eam liberè, ut credens diligat Deum, si velit.

INSTANT. Caritas ex fide necessariò consequitur, ut fidei propria passio. Hoc declarat

1. LUTHERVS: Ut ignis non est, si non luceat & ardeat:

2. BUCERVS l. Concordiæ: Ut æger ex improviso visum medicum non potest non amare.

3. Caluinus, Inst. 3. c. 2. §. 9. Ut Christus à Sp. Sancto nequit separari: Ita fides & caritas.

At 1. Ignis in Scriptura comparatur caritati, non fidei; Cant. 8. Rom. 13. Aug. in Pl. 31. *Quod credit, fidei est; quod*

operatur, caritatis est. 2. Æger inclinatur, non necessitatur ad amandum medicum sui causa magis, quam medici. 3. Nil concludit dissimillimū: nā Dei filius & Spiritus Sanctus sunt vnus Deus.

VI. Fidem & opera caritatis volunt esse coniuncta: ergo iustificatio pendet à fide & caritate: sicque nemo certus esse salutis potest, qua in certitudine iustificationem ponunt; foret etiam impossibilis iustificatio.

DICO AD I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. Rectè singula concludunt de fide viua, seu formata per caritatem: at malè de fide per se, seu informi. Nam illa nequit esse absq; caritate; hæc est virtus vna certa per se, specie ab aliis distincta.

QVÆSTIO LIX.

An fides esse possit sola: Sicque iustificare sola?

ILVTHERO-CALVINISTÆ negant posse.

LVTHERVS ad Gen. 15. Scio has virtutes esse insignia Dei dona: Scio fidem sine his Donis non existere. Sed quæstio est, quid cuiusque proprium est. Ecce. Quid facit sola fides? Apprehendit remissionem, credit promittenti Deo, Deo porrigenti aliquid ad mouet manum, accipit: hoc proprium solius fidei est. Sic & Brentius, Kemnit &c.

CALVINVS in Antid. less. 6. Can. 11. Sola fides est, qua iustificat: Fides tamen qua iustificat, non est sola. Sicut calor solus solus est, qui terram calefacit; non tamen calor solus est, sed cum splendore. Sic & Melanch. in Locis, & in Apolog. Confes.

AUTOR. Fides esse sola potest.

1. Quia sic Lutherus in Gal. 2. Fides sine, & ante caritatem iustificat. Et in disput. An opera faciant ad iustif. ait, Fides: nisi si sine vllis etiam minimis operibus, non iustificat. Vbi, quam hæc malè

hærent prædictis ab ipso? CALVINVS in Antid. less. 6. can. 28. Faretur, inter grauissimos lapsus manere semen ali-quod fidei viua. At peccata pugnant è diametro cum caritate; ecqui ergo inter eos cum hac fides esse potest? Ergo non potest non esse sola.

2. Quia Sectarij fides potest iustificare sola; ideo & esse sola dici debet iisdem: nam ex essentia rei sua cuiusque manat proprietates que fidei est iustificare, vt volunt.

3. Si fides ideo esse sola non possit, vt volūt Sectarij, quia necessario profert fructus bonos dilectionis & virtutū; ergo fides esse, diciq; esse debet prior dilectione; vt causa suo effectu: idque prior tempore & naturā: ac proinde sola. Si prior est, ergo & iustificatio id est, cum iustitia est coniuncta prius, quam cum dilectione: Sicque homo erit iustificatus, & sceleratus; viuens & mortuus: Quia iustus ex fide viu-uit: Et tamen qui non diligit, manet in morte: 1. Ioan. 2. Quod absurdum. Si verò fides nec naturā prior vel esse, vel intelligi potest sua iustificatione cum, (vt ipsi volunt) sint relatiua, (que se mutuo ponunt & tollunt,) Deus iustificans, & fides iustificationem accipiens. Quare fides, vt sola iustificare fingitur absurde; sic & non esse posse sola fingitur absurde.

Hactenus de *Esse posse solam*: Porro de *Non iustificare solam*.

II. LVTHERANI & CALVINIANI contendunt, Fidem iustificare solam; et si esse non possit sola.

SVADENT istis præcipuè. 1. Quia Scriptura docet, iustificare solam; ergo credendum, licet nulla causa detur alia.

2. Quia sic placuit iustificatori Dei iustifica-

Iustificationem donare cum sola conditione fidei.

3. Quia natura fidei est solius, Apprehendere iustificationem, Applicare nobis, & facere nostram.

AUTOR. Si fides à cæteris virtutibus separetur, haud dubiè iustificare non poterit vt Sectarij volunt: ergo sola iustificare Non potest. Sequela constat: quia sine virtutibus *Esse* non potest sola, vt volunt: ergo nec sine iis iustificare sola. Quia volunt fidem RELATIVE Iustificare; ergo, posita fide, simul & Iustitia ponitur: Relata enim nec esse, nec intelligi sine altero queunt. Ideo fatentur Sectarij & profitentur, per omne peccatum amitti fidem: sicut per fidem poni in homine iustitiam. Quod vtrumque est perinde erroneum.

2. Deinde si fides sola iustificat, quia relative iustificat, vt volunt; esse in homine nequit, quin & iustitia insit; at hæc sine dilectione esse nequit: Qui enim non diligit, manet in morte: Ergo fieri nequit vt fides sine dilectione iustificet; ac proinde nõ sola iustificat.

3. Si sola sine virtutibus iustificare posset, posset etiam cum vitiis iustificare: Nam vt soli iustificanti nil prorsus virtutes; ita nec desunt vitia: quia hæc & illæ per accidens ei iunguntur: At sic iustus foret, qui odisset Deum peccator & proximum. Nec igitur fides iuncta vitijs, nec disiuncta à virtutibus iustificat.

Dico AD I. Vocem sola intrusit in Rom. 3. Lutherus. Nec ei æquivalentia sunt ista, Rom. 3. *Arbitror hominem iustificari per fidem, sine operibus.* Et, *iustificati gratis per gratiam ipsius.* Quia fides

sine operibus non est Sola fides. 1. Si enim excluderentur omnia opera; iam ipsa fides quoque exclusa foret, vt quæ sit opus, Ioan. 6. *Hoc est opus Dei, vt Credatis.* &c. Vnde S. Aug. l. de predest. 6. 7. ait fidem nõ distingui ab operibus, quod ipsa sit opus gratiæ Dei primum, vnde cætera manant. Itaque iustificari ex fide est iustificari ex opere, at Sectariis iustificari ex fide est iustificari sine opere: quod implicat.

Item: Est lex fidei, Rom. 3. At si fides iustificas excludit omnia opera legis; ergo excludit & fidei legem, quæ est ipsa fides sicque ex fide iustificari erit sine fide iustificari, quod implicat. Illud *gratis* excludit merita quæ sunt nobis ex nobis: non quæ sunt nobis ex dono Dei.

AD II. Id apertis repugnat Scripturis docentibus impium iustificari, *Ezech. 18.* per pœnitentiam, per baptismum, *Ioan. 3.* &c. aliasque virtutes; vt supra liquet quæst.

AD III. Apprehensio specie distinguitur à iudicio rem apprehensam diiudicante; estque Cognitio rei in intellectu; at ea cognitio apprehensiva præexigitur ad fidem; ergo non est proprie ipsa fides, nam & infideles possunt mysteria fidei apprehendere, & tamen non credere. Quare fides consistit in iudicio, non in apprehensione.

2. Deinde; Apprehendere fidem, nondum est habere eam, nisi obiectivè solum: at ita amor & gaudium apprehendunt, ait S. Aug. l. 8. *Conf. 1. 2.* neque tamen idcirco iustificant. Si igitur, dum amo & gaudeo me esse iustum; non ideo sum iustus; ita dum

credo me esse iustum; sum iustus apprehensue.

3. Nec Applicatio iustificat; quia fieri eam per Sacramenta volunt; quibus priorem esse fidem oportet. At Lutherus l. *Capt. baby. c. de Baptis. & in Asfert. art. 1. 2. 6.* asserit, *Sacramenta non iustificare, sed solam fidem*, vt instrumentum apprehendens iustitiam.

At sic apprehensa fides est opus seu actio: ergo opere iustificamur.

INSTANT, Rom. 3. excludi opera, non vt opera, sed vt merita.

Ergo similiter non debet excludi dilectio, spes, &c. à iustificando: Proinde non *sola fides* iustificat.

INSTANT porro. Virtutes eæ excluduntur sub ratione meriti, vt & fides; at fides, quæ est apprehendens iustitiam, non excluditur à iustificando.

At fides propriè est iudicium; impropriè est apprehensio, sed non magis quam amor, gaudium: atqui hæc apprehendendo non iustificat; ergo nec fides. Quod si fidem esse fiduciam velint, hanc melius dilectio apprehendit, quam fides; nam magis illa vnit, quam hæc.

QVÆSTIO LX.

*An fides sola iustificet relatiue tantum,
& non per modum meriti,
aut causa?*

LUTHERANI & CALVINIANI iuxta affirmant, fidem solum relatiue iustificare, id est, sic vt ea credendo accipiat, quod Deus offert promittendo. Apprehendit autem vt causa instrumentalis; & ad apprehensionem nihil in nobis concurrat actiue, sed tantum passiuè. Vide *suprà quæst.*

Idque, addit Scharpius in *Cursu Theolog.*

Seç. 22. q. 7. non virtute aut merito suo fides facit, nec vt est qualitas in nobis: sed correlatiue. In fœdere enim duo sunt:

1. Substantia, vt iustitia & salus oblata.
2. Conditio, vt Fides apprehendens & applicans. *Sola*, particula exclusiua additur, non ad separandas alias virtutes à fide, seu fidei; à quibus separari non possunt: sed à Causando iustificationem, vel vt preparatiues, vel merito & dignitate sua.

SVADET ibidem multis Scharpius; sed siculneis telis vrget; quæ in scopum tendunt *solius fidei iustificantis* docendæ.

At directè docent *vnam fidem iustificantem*, ac minimè *solam*. Sicque aliud moluntur; aliud consequuntur. Nec quid affert noui in re; sed eramben decies recoctam, Lector, si vel theologaster, iudicet æquus: satque liquent è dictis *quæst. 57. 58.*

AVTOR. Fides iustificat, Non solum patet *suprà*; Nec relatiue solum, & per modum instrumenti: sed per modum causæ, dignitatis ac Meriti, improtrando ac promerendo: teste S. Scriptura.

I. Scripturæ docent Fidem esse causam iustificationis, dum dicunt Rom. 3. *Hominem iustificari PER fidem.* Ro. 5. *Iustificati Ex fide.* Vbi per, & ex causa significant; sicuti Ro. 3. 4. Gal. 2. 3. &c. vbi negat hominem iustificari per opera, legem, ex operibus, seu lege. Ita S. Aug. *præfat. in Psal. 31.* Nam & Alii in rebus per Scriptum EX, & PER significant veram causam; vt Iustificati per Christum, per Sanguinè, per mortem. Heb. 11. *Sancti per fidem vicerunt regna.*

II. Probant id loca, quæ testantur, fidem esse in: tium iustitiæ, sicque causam formalem inchoatam iustificationis.

tionis. Ro. 4. *Credenti in eum, qui iustificat impium, reputatur fides ad iustitiam: fides non apprehendit, sed est iustitia, perfectior vel imperfectior iuxta mēsuram charitatis.* 1. Cor. 3. *Fundamentum aliud nemo.* &c. Quod S. Patres de fide & operibus exponunt. Act. 15. *Fide purificans corda eorum, à peccatis & erroribus.*

III. Scripturæ docent Per fidem impetrari peccatorum remissionem: non tantum relatiuè respicere, & apprehendere. Vt Luc. 7. *Fides tua te saluam fecit, &c.* à peccatis. Mat. 15. *O mulier, magna est fides tua.* Mar. 7. *PROPTER hunc sermonem vade, exijt dom. à filia tua.* Sanitatem totam tribuit fidei. Sic & Rom. 4. de Abrahæ fide. Et Rom. 10. *Omnis, qui inuocauerit Nomen Domini, saluus erit. Quomodo autem inuocabunt, in quem non crederunt? Quomodo credent sine predicante?* Climax est: Prædicatio est causa fidei; fides, inuocationis; hæc salutis.

Huc incedit Consensus Sanctorum Patrum.

IV. Quia causa formalis iustificationis, non est iustitia in Christo; non remissio pec. in nobis: sed realiter inherens nobis iustitia; quæ infunditur per gratiam, non apprehenditur per fidem. Ad infusionem verò disponuntur actus fidei, timoris, &c. effectiuè; Sæctarij fingunt, disponere per *Præsentiā*; at fidem solam per *Apprehensionem*.

V. Necessitas Operum ad salutem euincit idem. Nam si fides sola iustificaret, sola etiam saluaret; nec amitti posset quibuscunque operibus malis, stante sola fide. Atq; hoc ita asserunt Sæctarij: *Lutherus in Capt. Bab. c. de B-*

ptis. Et Flaccianos Maioristas, seu Electorales Ministros reprehendunt Ministri Saxonici, seu Rigidi Lutheranos Molles in *Collog. Altemburg.* quod distinguat inter Iustitiam & Salutem; quasi sola fides iustificet, non operatur salutem, non fides sola. Quibus Molles Respondent: Opera ad salutem solam necessaria necessitate Præsentiæ aut Signi; salutem tamen, & iustitiam tribui soli fidei. Haftenus de Iustificatione: Porro

II. DE IUSTITIA INHÆRENTE, seu CAUSA Formali Iustificationis:

QVÆSTIO LXI.

An iustitia nobis inherens sit formalis causa iustificationis absolutæ?

LUTHERANI mirificè variant, turbant fœdè, pugnantque desperatè: Principio se lucem huic quæstioni intulisse iactabant: nunc, ob spiritum diffidii, desperant.

I. LUTHERVS, & Aug. Confessio, Fidem asserunt, aut Christum fide apprehensum.

II. ILLYRICVS, Christi Obedientiam, & iustitiam nobis imputatam staturit.

III. OSTANDER, Dei iustitiam essentialem in nobis inhabitantem.

IV. CALVINVS iustificationem in sola Remissione peccati constituit; & imputationem iustitiæ Christi non negat.

V. BYCERVS & Pighius formalem eius causam duplicem assignant; Iustitiam nostram inherentem, & Christi imputatam. Hæc vniuersè:

Porro de singulis separatim. Ac primo de Inherente iustitia in nobis.

I. LUTHERANVS Kemnitius statum quæstionis fraudulentè proponit: sc. quæri, Propter quid iustificemur: sitne meritum Christi, an inchoata nouitas in nobis?

CALVINVS in Antidoto Trid. sess. 6. ait. *Causam iustificationis Tridentini faciunt duplicem, ac si partim Remissione peccatorum, partim Regeneratione spirituali iustifsemus: Vel vt alijs verbis exprimam; Ac si partim Imputatione, partim Qualitate, iustitia nostra constaret. Ego autem vnicam & simplicem esse assero.*

AUTOR. I. Kemnitius de industria confundit causam Formalem cum Meritoria, vtens voce Propter, cum Per quid iustificemur, quærat proptiè. Deinde nobis inuidiam concire molitur, dum Christi merito nostram renouationem opponit, quasi hanc, quã istam, pluris faceremus.

Dico igitur, Si Propter significet causam formalem, nos iustificari propter inhærentem nobis nouitatem; non propter Christi meritum, quod inhærente nequit: Sin Meritoriam causam significet; nos iustificari propter meritum Christi, & non propter nouitatem nostri. Si causam in communi significet; nos iustificari propter vtrumque dico.

II. Calvinus id affingit Con. Trid. sess. 6. c. 7. vbi ita definit: *VNICA formalis causa est Iustitia Dei; Non qua Ipse iustus est; sed qua nos iusto; facit; qua videlicet ab eo donati, Renouamur Spiritu mentis nostræ; & non modo Reputamur, sed verè iusti nominamur & sumus.*

2. Deinde ipse Calvinus Inst. 3. c. II. §. 2. duplicem causam iustificationis statuit: Remissionem sc. pec. & imputationem iustitiæ Christi; Concilium verò vnus causæ iustificantis Effectus, seu terminos vnus motus exprimit, sc. Remissionem peccati, & Infu-

sionem gratiæ. Quia *iustificatio est meritatio impij in iustum: iuxta Col. 1. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transiulit in regnum Filij dilectionis sue.* Hæc de statu quæstionis: nunc de ipsa.

LUTHERANI omnes ac CALVINIANI pernegant inhærentem nobis iustitiam esse formalem causam iustificationis.

SVADENT hæc multis apud Scharpium in *Cursu Theol. Sess. 22. quæst. 8.* Nostra refellentem argumenta. quæ clarius singulatim alternis proposita liquebunt.

AUTOR. Iustificari per Christum, Non est, haberi aut pronunciar iustos; sed verè fieri iustos per adeptionem Inhærentis iustitiæ Perfectæ, nõ imperfectæ, vt per causam formalem.

I. PROBATUR Rom. 5. *Si vnus delicto mors regnauit per vnum, multo magis Abundantiam gratiæ, & donationis, & iustitiæ accipientes in vita regnabunt per Vnum Iesum Christum. Igitur sicut per vnus delictum in omnes homines in condemnationem; sic & per vnus iustitiam in omnes homines in iustificatione vita. Sicut PER inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi; ita per vnus obedientiã iusti constituentur multi. Ergo Iustificari est iustum constitui Per obedientiam Christi; Quæ iustitia Christi est Perfecta, tum quia dicitur hic Abundantiam iustitiæ: Tum quia dicitur maius esse Dei donum, quam Ad peccatum: At hoc perfectam in nobis iniustitiam effecit; ergo perfectam iustitiam efficit Dei donum.*

INSTANT. Hic Iustificare est iustum pronunciare.

I. Quia opponitur ei Condemnare. Vt & Roman. 8. *Deus qui iustificat, quis est, qui condemnet?*

2. Quia

2. Quia in hebræo *Iustificare* est vox forensis.

3. Quia bonis latinis *iustificare* non est iustum facere.

DICO AD I. Vt *Condemmare* significat duos actus: Iudicis deputantis reos ad pœnam; sic Deus: Rei trahentis in culpam; sic Adam nos condemnauit: Ita *Iustificare* nunc est actus Dei iudicis declarantis iustos in ext. iudicio; nunc Effectus gratiæ est, facientis ex reis iustos. *Deinde*; Deus declarando iustum, facit iustum: siue id faciat per iudicium, siue per Obediētiam Christi; id est, gratiam. Ita S. Aug. l. 1. de pecc. merit. c. 15

AD II. Quia fieri iusti queunt vel *Intrinsicè* per adoptionem iustitiæ; vel *Extrinsicè* per declarationem; inde vox *Iustificare* valet ad vtrumque.

1. Attamen Dan. 12. *Qui ad iustitiam erudiunt multos*: id est hebraicè *Iustificantes*, non iudicando; nec, vt Calu. & Kern. volunt, pronunciando: nam prædicando ostenditur via ad iustitiam non per sententiam pronunciantur iusti auditores.

2. Clarius Isa. 53. *In scientia sua iustificabit ipse iustus Seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit.* Nil hic forensis. Nam Christus in Doctrina iustus & factus & faciens iustos, vt ministrans iustitiam, ac tollens peccata. Sic, Apoc. 22. *Qui iustus est, iustificetur adhuc.*

AD III. Boni latini, vt Cic. Ter. & c. rem vocis iustificare nescierunt, proinde nec vocem ipsam.

At S. Patres & rem & vocem præclare norunt & frequentarunt: quos improbissimè respuunt Sectarij.

I. PROBATUR. Rom. 3. *Iustificati gra-*

tia per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo IESU: quem proposuit propitiatorem per fidem in Sanguine ipsius.

Ecce causas iustificationis.

Gratis; nam Gratia est Efficiens: *Per gratiam ipsius*, sc. ab eo donatam ac infusam; Formalis hæc: *Per redemptionem in Christo*: causa Meritoria. *Per fidem in Sanguine eius*; hic Dispositiua causa est.

INSTANT Caluinus & Kern: *Per gratiam* significari diuinam Non imputationem peccatorum nostrorum; & Imputationem iustitiæ Christi.

Dico I. *Gratis* significat fauorem Dei; *Per gratiam* verò effectum fauoris; *Per*, causam formalem.

2. Benevolentia Dei non est inanis, sed defacto beneficentia: Nam, Pl. 113. *Omnia, quæcunque voluit fecit, Et, 1. The.*

4. *hec est voluntas Dei, sanctificatio vestra:*

3. Et gratia iustificans dicitur Ro.

5. *Caritas diffusa in cordibus per Sp. Sanctum, qua sc. teste Aug. l. de Sp. & lit. c.*

32. *nos facit dilectores suos, non qua nos ipse diligit: vt Sectarij volunt. Vnde Rom.*

8. *Accepistis Spiritum adoptionis, in quo clamamus, Abba Pater; sc. ex amore filiali.*

1. Ibid. *Corpus mortuum est propter peccatum; Spiritus autem vivit propter iustificationem: sc. ob intrinsicum Dei fauorem, non ob extrinsecum imputati-*

tium.

4. Demum gratia iustificans comparatur rebus realibus, non imputati-

tij: Vt Rom. 4. *Dono, & Abundanti.*

2. *Cor. 6. & 1. Ioan. 2. Luc. 1.*

III. PROBATUR. I. *Cor. 7. Hæc fuisistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri, & in Spiritu Dei. Quod S. Patres exponunt*

de

de baptismo, quo & peccata abluuntur, & animæ sanctificantur.

IV. PROBATVR. Tit. 3. *Vi iustificationi gratiâ ipsius, heredes simus secundum spem vitæ æt.* Quia Sp. Sanctum effudit in nos abunde per Iesum. &c. Vbi de Regeneratione agit, quæ nec intelligi potest nisi cum facta mutatione in regenerationis, ex iniustis factis iustis. Simul ibidem exprimuntur omnes causæ iustificationis: *Efficiens*, benignitas Dei: *Meritoria*, Christus: *Instrumentalis*, Baptisma: *Formalis*, Sp. Sanctus effusus in nos, qui est eius donum Caritas.

Demum ipsi Sectarii fatentur, esse in nobis quandam renouationem; sed hanc non ipsam esse iustificationem. At eam hic Appellat iustificationem Apostolus.

V. PROBATVR. Heb. 11. Abel, Testimonium consecutus est; esse iustus. Noë iustitiae, quæ per fidem est, heres est constitutus; perfectè sc. & verè; non solum inchoatè: Gen. 6. Noë vir iustus & perfectus, non imputatiuè. Vide plura in *Antichristo*. 4. q. 33.

QVÆSTIO LXII.

An Fides sit iustificationis integra causa formalis? An vero Dei iustitia essentialis?

I. LUTHERVS variauit; nunc Fidem, nunc Christum statuens formalem causam iustificationis.

i. Ita enim in Com. ad Gal. 2. *Sophista dicunt Caritas informare & imbucere fidem: Nos dicimus Christum informare & imbucere fidem; Vel, formam esse fidei. Ergo fide apprehensus, & inhabitans Christus est iustitia Christiana; propter quam nos Deus reputat iustos, & donat vitam æternam.*

2. Idem ibid. *Formalis nostra iustitia est ipsa fides, & nebula cordis, hoc est, fiducia in rem, quæ non videtur.*

MELANCHTHON in *Conf. Aug. m. 4. ait*, Fidem nobis pro iustitia imputari coram Deo. Sed id, ait art. 4. §. 6. 20. non propter ipsam fidei virtutem, sed propter Christi meritum: fide autem nos iustificari; quia fide apprehendimus. Sic & iste variat inter & Fidem, & Christi meritum, & Dei misericordiam.

LUTHERANI cum Rigidi tum Molles, omnes ab hoc errore descierunt; teste Colloquio Altenburg.

AVTOR. Fides non est integra causa iustificationis.

1. Quia, Gal. 5. Ex fide spem iustitiæ expectamus: id est, Ex fide speramus vitam æternam, mercedem iustitiæ: Aut, Ex fide speramus nos posse iustificari. Ita *Aug. l. de Sp. & lit. c. 32. Verum Ex fide illa, quæ per Dilectionem operatur: non ergo ex sola, sed formata caritate Ideo I. Cor. 3. Si habuero omnem fidem, ita. & c. caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Iac. 2. Quia fides sine operibus mortua est. Vnde, I. Ioan. 3. Qui non diligit, manet in morte. &c.*

2. Ita S. Patres consentiunt. *Ro. 2. c. 4.*

3. RATIO. I. Quia fides excidit de finens in beatis: iustitia verò usque proficitur.

2. Iustitia nos Christo facit similem: at fides dissimiles; nam hac ipse caruit.

3. Iustitia non potest esse informis: fides potest.

INSTANT LUTHERUS & CALVINUS, & ex illis Abacuc; *Iustus ex fide viuit*, mirè exagitant distinctionem fidei in Formatam, & Informem.

DICO *Iac. 2. distinguitur in Vivam & Mortuam; quod est idem: nã quod viuit, per formam viuit. Et Gal. 5. Fides per dilectionem operatur*, passivè *ἐργαζομένη*, id est mota; non actiue quæ dicat. Dilectio est forma extrinseca fidei.

fidei, quæ dat ei vt moueatur; non intrinseca, vt sit; nam fides est etiam pulchra caritate.

Neque obscuramus Christum, eiusque beneficia, aut fidem, dum caritatem extollimus: vt de qua 1. Cor. 13. *Maior horum est Caritas: Ioan. 13. Mandatum nouum do nobis. Col. 3. Super omnia caritatem habet: quæ est fidei, quod lux soli. Vnde 1. Ioan. 3. Translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.*

ILLUTHERANVS OSIANDER in confutatione Melancthonis testatur apud Confessionistas esse XX. sententias de iustificatione discrepantes. Idem l. contra Nyssioracem, esse XIV. ait. Idem ex Lutheri scriptis asseruit, iustitiam Dei, qua essentialiter iustus est, causam esse formalem iustificationis nostre; Lutherum sic intelligens dicentem, quod Christus nobis inhabitans sit formalis illius causa. Proinde imputationem iustitiam respuit.

SPADET istis. 1. Quia 2. Pet. 1. dicimur effecti diuinæ consortes nature.

2. Quia Deus non acceptat vllam iustitiam, nisi suam.

AVTOR. Fides viua est vera iustitia nostra per Christum.

1. Rom. 4. *Credenti in eum, qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam. &c. Quia reputata est Abrahæ &c. Quin & signum accepit Circumcisionis, signaculum iustitiae fidei. &c. vt reputetur & illis ad iustitiam. Gal. 3. Fide spem iustitiae expectamus. Nam in Christo Iesu: que circ. neque praputium aliquid valet: sed fides, qua per dilectionem operatur. At fides operans non est essentialiter Dei.*

2. Ita S. Aug. lib. de Spir. & lit. c. 9. & 31. &c.

5. RATIO fauet. 1. Quia iustificatio præcedit Inhabitationem Dei. Nā Sap. 1. Sp. Sanctus non habitat in corpore subdito peccatis.

2. Quia Essentiali iustitia Dei esse-

mus æque iusti, ac Christus. At Ioan. 1. *omnes de plenitudine eius accepimus. Et Eph. 4. Cuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.*

3. Quia Deus acceptauit iustitiam Christi creatam, qua pro nobis satisfecit: ergo hac meritorie iustificamur, non essentiali, quam Deus non accepit.

DICO AD I. Dicimur cōsortes naturæ diuinæ fieri, non per essentialem Christi iustitiam, vt Osiander asserit S. Petro: sed quod per Christum, ait, nobis maxima & pretiosa promissa donauit, id est, res promissas, non meras promissiones: sc. 1. Ioan. 3. *vt filij Dei nominemur & simus. &c.*

AD II. Iustitiam satisfactoriam, Deus non acceptat, nisi infinitam; quia peccati offensa est infinita. At aliquam Christi Creatam acceptat; quæ tamen est valoris infiniti, ob Vnionem hypostaticam in Christo. Et illam nobis donauit Patri offerendam. 2. Tim. vlt. *Reposita est mihi corona iustitiae. &c.* Demum Cal. Inst. 3. c. 11. fuscè refellit Osiandrum.

QVÆSTIO LXIII.

An Sola Remissio peccatorum sit formalis causa iustificationis?

CALVINVS & CALVINISTAE apud Scharpium, agnoscunt cum Lutheranis Imputationem iustitiæ Christi; & Non imputationem peccatorum; At causam formalem iustificationis asserunt proprie poni in Remissione peccatorum: Vultque iustificationis nomen esse formale. Internam renouationem censet indignam nomine iustitiæ. Sic Inst. 1. c. 13. §. 2. 3. 21. 22. & in Antid. sess. 6.

u

SCHAR-

SCHARPIVS in *Cursu Theol. Sect. 22. q. 9. a.* ferit Nos formam iustificationis ponimus in duobus cum Caluino; sc. in *Imputatione iustitiæ Christi; & Remissione peccatorum; quæ duo inseparabiliter vniuntur.* Et *Imputatio meriti Christi, quæ fit à Deo propter Vnionem nostri cum Christo, ob quem datur Remissio, ipsam essentiam iustificationis constituit.* Atque ita sentire Caluinum pertendit; arguitque falsi Illustrissimum Bellarminum: qui ista ex Caluino recitat. *Instit. 3. c. 11. §. 2. Nos iustificationem simpliciter interpretamur ACCEPTIONEM, quæ nos Deus in gratiam receptos pro iustis habet: Eamque in Remissione peccatorum, ac iustitiæ Christi Imputatione positam esse dicimus. &c.*

Ex his ita infert Bellarminus: *Itaque ibid. §. 21. & 22. & in Antid. sect. 6. contendit iustificationem non esse positam, nisi in peccatorum remissione: Non excludit Imputationem iustitiæ Christi; sed internam renouationem, & sanctificationem, quam iustitiæ nomine indignam iudicat. Vide, quæ falsò Scharpius arguat falsi Bellarminum.*

SVADET porro istis Remissionem peccatorum solam, exclusa Renouatione interna; sed inclusa imputatione iustitiæ Christi.

1. Quia vox *Iustificari* significat reum pronunciarî in fontem; & absolui accepta remissione: ergo in hoc consistit iustificatio. *Rom. 4. 5. & 8. 8. Luc. 18. 13. Act. 13. & nullibi significat internam renouationem.*

2. Definitio iustificationis continet essentiam eius; at ea est SOLA remissio peccatorum.

3. Propter quod Christus est traditus à Patre, in eo consistit iustificatio; at id est remissio. Ita *Eph. 1. 7. Act. 13. 38. &c.*

Cætera talia liquebunt ex his, & prædictis. Piget me nugarum.

AVTOR. Iustificatio consistit in & Remissione peccatorum, & Interna renouatione.

1. *Rom. 4. Qui traditus est propter delicta nostra: en primum: Et resurrexit propter iustificationem nostram.* En alterum, & potius priore: quæ duo separari ne-

queunt, eum eadem Christi gratia expellendo peccata intus innouationem efficiat, vt terminum Mutationis dexteræ Excelsi, ac mortis Christi. Nam 1. *Cor. 15. Si Christus non resurrexit, inanis est fides vestra, adhuc estis in peccatis vestris:*

2. *Rom. 5. Sicut peccatum regnavit in morte, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam.* Per iustitiam, id est, internam renouationem, ex qua procedunt opera vitæ.

3. *Rom. 6. Exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitiæ Deo.*

4. *Rom. 8. Spiritus vinit propter iustificationem, vt quæ faciat ex mortuo viuere.*

5. *Gal. 3. Si data esset lex, quæ posset viuificare; verè ex lege esset iustitiæ: ergo iustitiæ est verè aliquid dans vitam æternam.*

6. *Eph. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitiæ, & sanctitate veritatis.* Ecce iubet in nouitate vitæ ambulari.

7. Sic & S. Patres.

8. RATIO. I. Quia iustificatio & terminatio de peccato ad iustitiam, vt terminum, vnde & denominatur.

2. Item iustificamur non, vt solum gehennam euadamus; sed & vitam consequamur; idq; potissimum. *Ro. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificationem; finem verò vitam æternam.* *Rom. 8. Quos iustificauit, hos & magnificauit.*

3. *Tim. vlt. Reposita est corona iustitiæ.*

3. Demum, Iustificatio ex inimicis facit amicos, hæredes regni, domesticos Dei, &c. ergo non constat sola

sola peccatorum remissione.

Argumenta Calviniana soluentur
infra quest. 67.

QVÆSTIO LXIV.

An iustificatio consistat in IMPV-
TATIONE Iustitiæ
Christi?

LUTHERO-CALVINISTA Mart. Bucerus
I. *Concordiæ*, excogitavit duplicem iustitiam:
Imperfectam, quæ nobis in virtutibus inhære-
at: Perfectam Christi imputatam, quæ sola Dei
iudicium sustinere possit. Sic & sensit Pighi-
us: Sed absque pertinacia, cum reuerentia Ec-
clesiæ. Deinde Imperfectam dixit, ut imparè
beatitudinimèntæ, & ut inchoatam iusti-
tiam. Luthero-calviniani verò eam non di-
gnantur nomine iustitiæ. Imò Lutheri vox,
suorumque est; *Iustus in omni opere bono peccat*
mortaliter.

CALVINUS Inst. 3. c. 12. §. 4. inquit: *Omnium*
opera si sua dignitate censeantur, nihil nisi inquina-
menta sunt & sordida. Ibid. c. 14. §. 9. *Nullum à*
Sanctis exire potest opus, quod non mereatur iustam
opprobrii mercedem.

LUTHERANORVM igitur omnium est Imputati-
ua iustitia Christi; nã inchoatam iustitiã nec de no-
mine ferunt: Bucerus autem solo vocis prætextu
differt, se idem dicit.

CALVINISTÆ Imputationem postpo-
nunt Remissioni, ut potiori. Liqueat *suprà*
quest. 65.

SVADENT Vtrique certatim multis: de
quibus nos *quest. 67.*

AVTOR. Imputatio Luthero-cal-
viniana merum est figmentum.

1. Quia nullo Scripturæ loco solidè
docetur. Legimus quidem Non impu-
tari peccata: fidem reputari ad iustiti-
am; Christum factum esse nobis à
Deo Sapientiã, iustitiã, redemptionem:
At non legimus, nobis imputari
redemptionem, iustitiã Chri-

sti. &c. Ita Conc. *Trid. sess. 6. can. 10.*
& II.

2. Nulla afferri necessitas imputa-
tionis potest; nisi item ficta; scil. quod
post iustificationem adhuc inhæreât
animis peccata; sed tecta.

AT reclamant Testuræ vetus No-
uumque Testamentum; Vide in meo
Antichristo p. 4. q. 34.

3. Quia ficta item est illa necessitas
imputationis, quod iustitiam nobis
inhærentem adeo imperfectam di-
ctitent, ut absolutè iustificare ne-
queat.

AT iustitiam in fide, spe, & charita-
te sitam esse, fatentur Sectarij ex illo,
1. Cor. 13. *Manent fides, spes, caritas*, hæc
autem esse perfecta possunt in hac vi-
ta; teste Scriptura apud *Bellar. lib. 2.*
cap. 7.

4. Quia Christi merita nobis do-
nata, nobis imputari dici possent; sed
phrasis ea nec Scripturæ nec S. Patri-
bus est vsitata, nisi forsitan perrarò:

AT ita imputari Iustitiã Christi,
ut per eam formaliter nominemur &
simus iusti; id fingitur Quia sic in vno
forèt duæ formæ. Intrinsicæ inherens
peccatum; & extrinsicæ, Christi im-
putata iustitiã: & denominaremur po-
tius iusti ab exteriorè, quam interiorè
peccati, propria nobis.

5. Non minus essemus iusti, quam
ipse Christus: quippe eadem iusti-
tiã.

6. Quia Christus nobis reddidit iu-
sticiã, quam perdidimus; ait *S. Iren.*
l. 3. c. 20. Aug. l. 6. de Gen. c. 23. 26. At in A-
dam non perdidimus imputatam iu-
sticiã, sed verè inhærentem.

7. Si nos per Christi imputatam
nobis

nobis iustitiam iusti sumus; ergo & Christus per imputatam ei iniustitiam nostram erit iniustus & verè peccator. Nam ita hanc illi, vt suam nobis, imputari asserunt Sectarij, vt *Illyricus in Confes. Antwerp. c. 6. & in Apologia eiusdem.* At hoc blasphemum est. &c. Sic & S. Patres.

QVÆSTIO LXV.

Quatenus vera iustificationis impugnatio refutetur?

CALVINVS *Inst. 3. c. 11.* præcipuos producit arietes proprios, & multos Lutheranis communes.

1. Rom. 5. & 8. *Iustificare est iustum pronunciare; non, facere iustum.*

2. Rom. 4. *Reputatum est illi ad iustitiam.*

3. *Ibid. ex Pl. 4. Beati quorum remissa. &c. beatus, cui non imputavit Dominus peccatum.* Hæc est definitio iustificationis; si plena, ergo vera: si dimidiata, cur beatus? Ergo Kemnitius ait non imputari, esse, regi peccata.

4. Christi obedientia est nostra iustitia: Quia Rom. 5. *Per obedientiam vnius hominis, iusti constituuntur multi.*

5. Vt Iudæi, sic Pontificij, ignorant Dei iustitiam nobis imputatam, quærunt suam inhærentem statuere; Rom. 10. *iustitiæ Dei non subiecti.*

6. II. Ex I. Cor. 1. *Qui factus est nobis à Deo sapientia, & iustitia, & redemptio.* Quia Iere. 23. *Dominus iustitia nostra.*

7. I. Cor. 5. *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi non reputans illis delicta eorum.*

8. *Ibid. Qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: vt nos efficiamur iustitia Dei in ipso.*

9. III. Ex Eph. 1. *Deus nos acceptos, siue gratiosos habuit in dilecto filio suo.*

10. Eph. 4. *Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est.*

IV. Act. 13. *Per Hunc Annunciatum nobis Remissio peccatorum. &c. In hoc omnis, qui credit, iustifi-*

catur. Ergo forma iustificationis est Remissio peccatorum, cum Imputatiua Christi iustitiæ; sine Renouatione interna.

AVTOR. DICO AD I. Iustificari est, Rom. 3. *Per vnius obedientiam iustos constitui;* non annunciari. Sic Roman. 8. *quos iustificauit, hos & magnificauit,* id est, fecit iustos, magnos; non annunciauit. Sic *ibid. viuificat, mortificat, &c.* id est, facit viuos. &c. Deim; pronunciare iustos, Deo est facere iustos: nõ regere iniustitiam, & falso dicere esse iustos, qui intrinsecè sunt peccatores.

AD II Fidem reputari ad iustitiam non est imputari iustitiam Christi fide apprehensam. Quia fides ipsa reputatur ad iustitiam, non tamen fides est iustitia Christi, qua Christus iustus est, sed iustitia nostra est fides. Deim Imputare est verè debere imputatum, non opinatiuè & fictitiè.

AD III. I. Sic *Beatus vir qui timet Dominum;* ergo Timor solus iustificat. Ita nec istud sequitur. Quia iis in locis non ponitur integra definitio iustificationis: tamen ex remissione peccati implicite colligitur Donatio iustitiæ. Deinde; TEGI peccata, est deleri, quoad Deum, cui nil regi potest, nisi deleatur, at deletionem peccati comitatur donatio gratiæ: ideo hæc duo iunguntur in scriptura.

AD IV. Obedientia Christi est causa Efficiens iustificationis non formalis. Liquet quæstione præcedente.

AD V. *Iustitia Dei* Apostolo est, quæ est nobis ex Dono Dei; *iustitia nostra,* quæ est ex viribus naturæ. Sic Augustinus. Et inde Iudæi iure arguuntur, vt de propria iustitia præsumptiosi.

AD VI. Christus est nostra iustitia,

cia, 1. quia est causa efficiens illius, Pf. 36. *Salus iustorum à Domino.* 2. Quia satisfecit pro nobis, iustificansque nos, suam satisfactionem nobis donat: Nō quod Christi iustitia essentialis in sit nobis vel imputetur.

AD VII. *Non imputatio* duo significat, Remissionem pec. & Infusionem gratiæ propter merita Christi satisfactoria: Col. 2. *Viuificauit vos Christo, Donans vobis delicta; delens chirographum decreti.*

AD VIII. Christo peccata nostra imputantur quoad debitum satisfactionis, non quoad culpam: Nam satisfactor pro iusto iustus sit oportet. Et sic nos *efficimur iustitia Dei* in Christo; non in nobis: ob vnionem Capitis cum membris. Item iustitia nobis inherens est Dei; sed donata nobis propter Christum ita meritum. Item *efficimur iustitia Dei*, id est, similes illi: sicut Christus dicitur peccatum per tro-pum, ob similitudinem peccati.

AD IX. *Ἐξαίτων* significat *gratiosos fecit*, non, *gratiosos habuit*, vt Calvinus vult; teste S. Chryl.

AD X. Iustitia inherens est vt indumentum: 1. quia extrinsecus infunditur; non ex nobis nascitur. 2. Induere Christum iustitiam, pro phrasi hebraea est abundanter gratia Christi repleti infusã, non imputata. Merita Christi nobis imputantur, quibus, vt Iacob vestibus Esau, regitur nostra paupertas. Solus enim Christus est Satisfactor pro nobis Principalis, iustificans & abundans.

AD XI. *Per hunc*, id est, Christum, vt causam efficientem; non excludit eius qualitate infusã, sc. virtute, vt cau-

sa formali, Nam *Per* significat Efficientem causam, cuius affectus est causa formalis. *Annunciatur*, id est, prædicatur remissio quæ non datur prædicando, sed docetur, quæ re ipsa acquiratur. Vnde Mat. ult. *Docete omnes, baptizantes, &c. docentes eos seruare omnia.* Publicanus autem, Luc. 18. petijt remissionem peccatorum, sed non solam; ob infallibilem concomitantiam gratiæ infusionis; in quo vtroque consistit iustificatio potissima.

QVÆSTIO LXVI.

An certitudine fidei certus esse possit homo, vel debeat, se esse iustificatum?

I. LUTHERANVS Kemnitius in *Exa. Conc. Triad. ad sess. 6* impingit hanc Concilio dicam: quod faciat Dubitationem virtutem & ornamentum fidei; vt hæc sine illa non sit vera.

CALVINVS in *Antid. ibid.* fingit Patres Concilij miscere Dubitationem cum fide. Hæc de statu.

At Concilium vel idcirco reiecit fidem Specialem Sectariorum, quod esse certa non possit: cum fides nitatur Autoritate diuina reuelata: Fiducia verò Promissione Dei, & Dispositione cuiusque: illa in genere certa est; hæc in specie est conditionata. Tantum differt Fidem inter & Fiduciam. Posita autem infallibilitate Dispositionis, infallibilis constat promissionis effectus.

II. LUTHERANI & CALVINIANI affirmant tria.

1. Fideles eam notitiam de sua gratia habere posse;
2. & Debere; vt certa fide statuunt, sibi remissa esse peccata.

3. Hac fide sola eos iustificari. Ita Lutherus a. 10. 11. &c. Melanch. in Locis. Bucerus; Calvinus ubi supra, & Inst. 3. c. 2. §. 16. 17. &c. Enchir. Colon. solum tertium rejicit: Catharinus solum primum recipit.

SVADENT Scripturis, Ex S. Patribus, & Ratione. Ex Scripturis.

1. Luc. 17. Cum feceritis haec omnia, dicite, serui inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus. At qui certò scit se fecisse praecepta omnia, scit proinde se diligere Deum, diligique à Deo.

2. Qui facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in Deo facta sunt. Ioan. 3.

3. Ioan. 13. In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis, si Dilectionem habueritis ad inuicem.

4. Rom. 8. Ipse Spiritus testimonium reddit Spiritui nostro, quòd sumus filij Dei. At illud est infallibile.

5. Rom. 8. Certus sum, quia neque mors, neque vita poterit nos separare à Caritate Dei.

6. Nos autem, 1. Cor. 2. non Spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo est; ut sciamus, quae donata sunt nobis.

7. 1. Cor. 11. Probet autem se vnusquisque; & sic de pane illo edat.

8. Gloria nostra haec est, 2. Cor. 1. testimonium conscientiae nostrae: at inane id foret, si fallibile.

9. Vosmet ipsos tentate, si estis in fide. An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus in vobis est? nisi forte reprobis estis. 2. Cor. 13.

10. Eph. 3. Per quem habemus fiduciam, & accessum in confidentia per fidem eius: propter quod, id est, audacia plus est, quam certitudo, ait Calvinus: ergo per fidem plusquam certi sumus.

11. 1. Ioan. 3. Scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. ca. 5. Scimus, quoniam ex Deo sumus. Et, Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se.

12. Sat agite, 2. Pet. 1. ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.

13. Ex ratione: Quia multi Sancti de sua iustitia certi fuerunt: Abel, Enoch, Noe, &c.

14. Quia Deus suam tum omnibus, tum singulis gratiam promittit: ut Zach. 9. Ecce Rex tuus venit Tibi. Luc. 12. Complacuit Patri in Te.

15. Quia Scriptura tribuit Fidei plenissi-

mam certitudinem, Heb. 10. Item spei, Heb. 6. ut anchora.

AUTOR. Nemo de sua iustitia habere hac in vita potest certitudinē fidei: nisi ex speciali reuelatione. D. Th. 1. 2. q. 112. a. 5. &c. Trid. sess. 6. c. 9.

I. Ita S. Scriptura, Prou. 20. Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus à peccato? Non ait, neminem esse mundum, sed neminem posse dicere.

INSTAT Calvinus Inst. 3. c. 13. §. 3. Nemo est in vita verè mundus, ideo egent omnes imputata Christi iustitia.

AT repugnant ista, Beati mundo corde. Beati immaculati in via. Eph. 1. ut essemus sancti & immaculati.

II. Eccl. 9. sunt iusti. &c. & tamen nescit homo vtrum odio, vel amore dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta.

INSTANT. Loqui de externis euentis, quibus id cognosci nequeat, Ed quòd vniuersa aequè eueniant iusto & impio.

AT loquitur de beneficijs Dei, quae vtrisque communia sunt.

III. Eccl. 5. De propitiatio peccato non esse sine metu. &c. Ne dicas: Misericordia Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur.

INSTAT Kemnitius, legendum de propitiatio, non de propitiatio.

AT idem vtriusque est sensus: Nam loquitur de praeterita propitiatio, non de futura: Neque etiam de hac esse certi possumus: quia num viuamus, nescimus. Plura in Antichristo p. 40. 37.

IV. RATIO docet 1. Non potest haberi certitudo fidei de propria iustitia. Quia cum fides nitatur Verbo Dei autoritate, eius certitudo debet vel in eo contineri immediate vel ex eo euidenter deduci. At speciales de personali iustificatione reuelationes sunt

sunt in eo pauca: *Vniuersales* autem promissiones requirunt condiciones in applicatione. Nec euidenter è verbo Dei potest deduci sua iustitia; quia nulli est euidentis sua conuersio interior; adeo Ierem. 17. *prauum est cor hominis & inscrutabile; & quis cognoscat illud?* Deinde plures decepti sunt, habere se putantes, quod non habebant: vt Petrus; *Tecum paratus sum in.* &c. Paulus furens in Christianos se ardere iusto zelo putabat. Demum, 1. Cor. 13. potest quis animam ponere pro fide, vt hæretici; signa facere; prædicare. &c. & tamen reprobus esse. Esto, sit infallibilis Sacramentorum operatio; at de obice posito certus est nemo.

2. Esto; Possit haberi certitudo fidei; nemo tenetur tamen ad eam habendam. Quia nil de eo præceptum est in Scriptura, in Symbolo, in vilo Concilio, &c. Istud *Credo remissionem peccatorum*, generale est, eam esse in Ecclesia; vt explicatur in Symbolo Cōstantipol. Deinde in Conc. Tridentino sess. 6. definitur, Non teneri homines credere sibi remissa esse peccata. Demum omnis peccans mortaliter, fiet eo ipso hæreticus; nam voluntariè peccans nõ potest credere se iustum esse; nisi falsum credat; vt credunt Sectarij. Adde, cum omnes hæretici sint foris; sequetur Nullum peccatorem esse in Ecclesiã: quæ fuit hæresis Donatistarum.

3. Non expedit, vt ea certitudo semper habeatur. Nam ait S. Aug. lib. de corrept. & grat. c. 13. *In hoc loco tentationis tanta est infirmitas, vt superbiam possit generare securitas.* S. Greg. 9. Mor. 17. *Si scimus nos gratiam habere, superbi-*

mus. Et Luc. 18. *Dominus in eos, qui confidebant se iustos dicebat parabolam Pharisæi & Publicani.*

4. Reuelatio certitudinis non habetur, nisi à paucis; vt historix produnt, & per se constat. Et eandem credunt Anabaptistæ certitudinem, Sacramentarij &c. negant tamen Luthero-caluinistæ per eam fidem illos iustificari.

DICO AD I. Ostendit posse omnia seruari præcepta; seruari tamen humilitatem oportere; non præsumptuosè præfidere.

AD II. Sensus est, malè agentes fugere lucem; benè agentes amare lucem Christum; non tamè inde sciunt se iustificatos ad eam venire; cum accedant multi vt iustificentur. Mat. 11. *Venite ad me omnes.*

AD III. Sic non minus alij cognoscerent nos esse iustos, quam nos ipsi: at absurdum est tribuere omnibus certitudinem de aliena gratia.

AD IV. Testimonium illud non est Reuelatio infallibilis, sed Consolatio spei generans coniecturam. *Ant:* Non est nisi Oratio qua dicimus, *Abba Pater;* qua testamur Deum esse nostrum; & nos Dei de iure; etsi non semper de facto.

AD V. *Nos*, id est, prædestinatos saluti, de quibus ibi loquitur, qualis ipse & Apostoli. &c. Et *certus sum* πέπεισμαι, id est, persuasus sum, confido; quæ est certitudo coniecturalis, quoad fideles cæteros. Sic Hieron. ad Aglasiã quaest. 9. & Heb. 6. *πεπέισμεθα*, id est, *Confidimus de vobis meliora.*

AD VI. Loquitur de notitia beneficiorũ, quæ præparauit electis Deus; non quæ

non quæ in particulari ad huc, illum. &c. pertinent.

AD VII. Discussio ea non requirit certitudinem fidei; sed coniecturæ ex opinione & spe nostra factæ.

AD VIII. Testimonium conscientia lætitiâ affert; sed non infallibilem certitudinem. Vnde Pl. 2. *Exultate cum tremore.* 1. Cor. 4. *Nil mihi conscius sum; sed non in hoc iustificatus sum.*

AD IX. Loquitur de præsentia Christi apud Corinthios, quoad potentiam & miracula; non quoad gratiam iustificantem. patet ibidem.

AD X. Audacia non est certitudo; sed ex hac gignitur illa, quia credimus Christum passum adfate Patri pro nobis, esseque Mediatorem nostrum fide tenemus.

AD XI. Voces illæ, *scimus, cognoscimus*, non necessariò includunt certitudinem fidei, nam scimus etiam ex signis. Dein sententiæ eæ sunt generales, de translatis de morte ad vitam; uti sperabatur.

AD XII. Certitudo, quæ ex operibus nascitur, est coniecturæ, non fidei. Dein, Lutherani suam certitudinem esse priorem volunt operibus, non posteriori.

AD XIII. Paucis istis certitudo constitit ex reuelatione peculiari. Ita *S. Aug. 9. 57. 58. in Genesin.*

AD XIV. Promissiones eæ sunt generales, non particulares.

AD XV. Fides in se certissima est & infallibilis: remissio tamen peccatorum mihi, illi. &c. facta non est fidei articulus. Sic & spes in se certa est; at non in me, te, illo. &c.

QVÆSTIO LXVII.

An certitudine fidei homo certus esse possit, ac debeat, se esse Prædestinatum?

LUTHERANI affirmant. Mar. Bucerus in *Colla. Ratiobon.* negat esse verum Christianum qui non eadem fidei certitudine credit, se habiturum vitam æternam; qua credit Christum esse, & Deum esse. Idem Martyr ad Rom. 8. Kemnit. in *Exam. Tral. sess. 6. c. 12.* castigat Concilium docens: Neminem sine peculiari reuelatione, certo statuere debere, se esse prædestinatum.

CALVINUS Inst. 3. c. 2. §. 6. *Vere fideles non nisi qui solida persuasione, Deum sibi propitium persuasus; de eius benignitate sibi omnia pollicetur; nisi qui diuina erga se benevolentia promissionibus fretus, indubitatam salutis expectationem præsumit.* Sic & §. 40. in Antid.

SVADENT istis. 1. *Orandum est pro dono perseverantia, Iac. 1. Postulet in fide, nihil hesitant: Ergo certo credere debemus nos accepturos perseverantiam, ac proinde esse prædestinatos.* Ita Bucerus.

2. Idem. 1. Ioan. 5. *Sciatis, quia vitam habetis æternam, qui creditis in nomine Filij Dei.*

3. Calvinus in Eph. 1. *Habemus pignus hereditatis: ergo certi sumus.* Ibidemque orat Deum Apostolus, ut illuminet Ephesios, ut cognoscant se prædestinatos in adoptionem filiorum Dei.

4. Calvinus. 1. Thes. 1. *Scientes Electionem nostram; quia Evangelium nostrum non fuit ad nos sermonetantum; sed & in Virtute, & in Sp. Sancto.*

5. Kemn. Rom. 8. *Quos vocavit, hos & iustificavit; quos iustificavit, hos & magnificavit.* Ecce patefactum hic fundamentum huius certitudinis.

6. Kemn. Ioan. 10. *Nemo rapiet eas de manibus meis.* Rom. 8. *Quis accusabit adversus electos Dei?*

1. Cor. 1. *Confirmabit vos usque in finem.*

AVTOR. Nemo citra Revelationem potest, aut debet statuere, se esse prædestinatum.

I. Ita Scripturæ docent, non posse causam

causam sciri, cur hunc, non illum Deus eligat, aut quæ elegerit, sine reuelatione speciali suæ voluntatis. Rom. 11. *O altitudo. &c.*

II. Hortantur fideles ad timorem. Rom. 11. *Fide stas: noli altum sapere. &c.* Cætera vide in *Antichristo* p. 4. q. 36.

INSTANT Caluinus & Kemn. talia dici ad excitandum torporem, & carnalem securitatem, quæ homines in piis operibus reddant negligentiores non quod periclitantur ne excidant à salute.

Dico Prædestinati excidere non possunt; sed prædestinatum se se nescit nemo; vnde cuique piè metuendum cum spe. At, qui se sciunt prædestinatos, non est quod metuant, sed credere debent; & talibus nil opus cohortatione. Imò in hac Deus hortaretur eos ad incredulitatem suæ prædestinationis.

III. Docent Scripturæ, salutem pendere à conditione Operum. Mat. 7. *Nisi abundauerit iustitia. &c.* Mat. 19. *Si vis ad vitam ingredi. &c.* Et fatentur Sectarij incertam esse salutem, si ab operum conditione dependeat.

INSTANT. I. Caluinus. Iubendi fideles respicere Christum vt in ipsis manentem, & sua eis communicantem.

2. Caluinista: Opera requiri, aiunt; quia fides vera non est, nisi viua sit, & fructificet.

Dico AD I. Christus requirit à membris, vt etiam operentur. Ioa. 15. *Omne palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum. &c.* Iubemur igitur operari; non solum iusticiam Christi nobis arrogare.

AD II. Non quæritur hic, cur opera sint necessaria; sat est exigi necessitatio ad salutem.

IV. Docent Scripturæ, multos ad

tempus credere; & in tempore tentationis excidere. *Luc. 8. &c.* Ergo non erant de fide certi salutis suæ ac perseuerantiæ.

INSTANT I. Caluinus negat eos veram habuisse fidem.

2. Kemnitius ait Credentes posse à fide excidere à gratia, & salute: Nihilominus tamè statuere se prædestinatos. Quod autem non perseuerent, causam esse, 1. quòd Deus nolit eos conseruare ad finem: 2. Quod per opera carnis ipsi fidem excutiant.

Dico AD I. Inferius quæst.

AD II. 1. In iis sibi contradicit; facitque Deum mutabilem. Proinde ex fide sola certus salutis esse nemo potest, qui se excidere posse credit.

V. Accedit Traditio Ecclesiæ, & S. Patrum consensus. S. Chryl. hom. 11. in Philip. *Paulus qui tanta passus est, nondum de resurrectione illa securus fuit; quid sanè nos dicemus?* S. Hier. l. 2. contra Pelagianos. *Ne beatum dixeris quemquam ante mortem. Quam diu enim viuimus, in certamine sumus: quam diu in certamine sumus, nulla est certa victoria.* S. August. 11. Ciuit. c. 12. *Sancti de sua perseuerantia premio certi sunt; de ipsa tamen perseuerantia sua reperiuntur incerti. &c. Nisi aliqua reuelatione ab Illo fiat certum, qui de hac re iusto, latentique iudicio non omnes instruit; sed neminem fallit.*

INSTANT Bucerus, Augustinum loqui de certitudine scientiæ, non fidei. Proinde fideles debere ex fide, non ex se statuere suam certitudinem salutis.

Dico. Sic omnes fideles haberent ex fide eam certitudinem, & perseuerantiam. At vtumque negat S. Augustinus tum ibi, tum l. de corrept. & grat. c. 13. *Quis fidelium, in hac mortalitate, in numero prædestinatorum se esse psumat?*

VI. RATIO docet. 1. Quia quæ pendent ex sola Dei voluntate, credi non debent, nisi ex certa Reuelatione: cum nemo scire possit, quid sit in homine; minus quid in Deo. At talis est prædestinatio, Rom. 9. *Quia cuius vult, miseretur; & quem vult, indurat.* Et quos elegit, ex misericordia, non ex operibus elegit.

2. Quia nescit homo an dignus sit odio, an amore, secundum præsentem iustitiam: ergo minus secundum Dei Decretum.

3. Quia Aug. *ibid.* ait, Incertitudinem esse perutilem ad humilitatem.

4. Quia perutile idem est ob reprobos, qui si scirent reprobationem, desperarent. Ita S. Prosper l. 2. de *vocatione gentium c. ult.*

DICO AD I. Hæsitatio est contraria orationis & Fidei, & Fiduciam. Fidei; qua credendum velle nobis bona Deum; at, an expediant nobis, nescimus. Sic Christus & Paulus ter orant, nec impetrarunt, licet credentes. Ita orant pro credentibus pro perseverantia; quæ tum scitur, cum perseveratum est ad finem. Sic & speramus orantes.

AD II. *Habere vitam et in spe sc. nō in re: Rom. 5. Spe enim salvi facti sumus. Ideo monet idem Ioan. in ep. 2. Videte vosmetipsos, ne PERDatis, qua operati estis. Sic Heb. 3. Videte, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis descendendi à Deo viuo. &c. Participes enim Christi effecti sumus, si tamen initium usque ad finem firmum retineamus. Quia opus Perseuerantiam.*

AD III. Qui habent pignus hereditatis, hanc certi consequentur: mo-

do conferent illud: At se habere quis scit, nisi cui reuelavit Deus: Et huiusmodi promissiones vniuersales implicitè sunt conditionatæ, alibi scilicet expressis conditionibus.

Deinde rogat Deum Apostolus, ut illuminet oculos Ephesiorum, ut intelligant quæ sit spes vocationis; non ut sciant se esse prædestinatos.

AD IV. *Scientes sc. se & Siluanum, & Timotheum; non ipsos vos Thessalonicenses, electionem vestram.* Deinde loquitur ibi de scientia ex signis non ex reuelatione.

AD V. Non omnes Vocati sunt Electi: Mat. 22. Multi sunt vocati; pauci verò electi. Itaque loquitur de Vocati secundum propositum. De his verò scit nemo: Aug. l. de bono perseu. c. 13. Quis nouit sensum Domini?

AD VI. Priora docent, Electi non posse perire: at non quemquam scire se esse electum. Posterius docet Paulum bene sperasse de salute Cor. & Ephesiorum. Monet igitur S. Aug. *ibid. c. 22.* ut cogitantes de electis utamur prima & secunda persona, ut bene sperantes: at de reprobis tertiâ, ut auditoribus malè ominemur.

QVÆSTIO LXVIII.

Fides & Iustitia an sit propria electorum, amittique possit?

CALVINVS Inst. 3. c. 2. §. 11. Proprietatem affirmat; Amissionem negat. Solus ait, *electi semine incorruptibili DEVS in perpetuum regerant, ut nunquam dispareat semen vita in eorum cordibus insitum.* Et §. 12. *Hoc tenendum est; quatenus exigua sit, ac debilis in electis fides; quia tamen si-*

ritus Dei certa illis arrha est, ac sigillum sua adoptionis, nunquam ex eorum cordibus deleri posse eius scripturam. Sicidem in Antid. ad fess. 6. c. 10. 13. 14. Atque hic error proprius est Calvini eiusque sequacium.

SVADET istis FVNDAMENTIS suis.

1. Fidem esse propriam electorum.
2. Fidem amitti nunquam posse.
3. Sola fide homines iustificari.
4. Qui fidem habet, esse de fide sua certum. Ex hoc priora consequuntur. At falsum esse hoc fictumque liquet supra quæst. 56.

5. Cant. 8. *Aqua multa non potuerunt extinguere caritatem, neque flumina obruent illam.* Ergo minus fidem, sine qua illa esse nequit. Sic & Ioan. 4. *Qui biberit ex hac aqua, &c.*

6. Rom. 8. *Quis nos separabit à Caritate Christi? Certus sum, quia neque mors, &c.* Nam 1. Cor. 13. *Caritas nunquam excidit.*

7. 1. Ioan. 3. *Qui natus est ex Deo peccatum non facit, quoniam semen illius in eo manet; & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.*

LVTHERANI pl. sique repugnant Calvinianis, asseruntque electos posse labi: at *Pet. Martyr in Rom. 8. & Kenn. in Examine Conc.* negant fieri posse, quin ante mortem redeant ad fidem; Lutheranos tamen error de fide prædestinationis cogit, ut credant nullum fidelium esse reprobum posse: cum ex fide certi esse prædestinationis debeant.

AVTOR. Fides & iustitia nec solis insunt electis; nec immobiliter; vt Calvinistæ fingunt: nec reciproçè sub vitæ finem, vt Lutheranis placet: sed amitti etiam finaliter potest.

1. Ita S. Scripturæ in *Antichristop.* 4. 9. 37.

2. Exempla sic docent lapsorum: Adami, Davidis, & Petri, iustitiam amitti posse, ac recipari: Luciferi, Saulis, Salomonis, Simonis Magi, & Iudæ, docent, iustos excidere reprobosque manere.

3. Sic Traditio, & Ecclesiæ definitio contra Iovinianum ob id damnatum, teste *S. Hieron. lib. 2. contra Iovi-*

nian. August. heresi. 82. Sic & San. Patres.

4. RATIO euincit. 1. Quia nullus habitus impedit ex necessitate actum contrarium; inclinat enim ad actum quisque suum; non necessitat: ergo habens fidei habitum facere actum infidelitatis potest, id est, perdere habitum fidei, reddique simpliciter infidelis, & inimicus Dei. At, vt Sectarij volunt, omne peccatum excutit fidem iustificantem: *Item*, omnia opera iustorum ex se esse peccata mortalia Quæ planè implicat. Et eccubi vlla Scriptura promittit, iustum nunquam lapsurum?

2. Quia baptizati verè accipiunt fidem, vt concedunt Lutherani; Calviniani volunt etiam nasci Sanctos ex fidelibus; at cum adoleuerunt multi grauisimè peccant, damnanturque multi. Item omnes Catholici sunt baptizati; & tamen nos damnari perpendunt.

3. Si fides amitti nequit, vnde igitur tot hæretici: Quorum tot admonitiones vt timeant fideles, caueant, perseuerent? &c.

4. Quia Sectariorum opinio inducit desperationem; cum enim se se quotidie peccare experiantur: cum de futuris euentibus nil certi spondere sibi possint; iuxta Prou. 27. *Ne gloriaris in crastinū, ignorans quid superuentura pariat dies:* Eccl. 11. *Ante mortē ne laudes quemq;* Iac. 4. *Ignoratis quid eris in Crastino,* Idcirco nullus esse certus perfecterantiæ potest. Hæc incertitudo; illa peccandi cōsuetudo; ista peccati vis vt fidem extinguat: illa multitudo, quod omnia opera bona ex se sint peccata: alia peccan-

peccandi coacta necessitudo, &c. quam spei scintillam relinquent?

DICO AD I. Caluini fundamentum, patet supra q. 66. Deinde, Eccl. 9. *Nescit homo an odio, an amore dignus; sed OMNIA IN FUTURUM reseruantur INCERTA.* 1. Cor. 4. *Nihil mihi conscius sum; sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem me indicat, Dominus est.*

IN STAT contra prius Caluinus *Inst.* 3. cap. 2. §. 38. ibi non agi de Notitia fidei; sed de beneficijs & flagellis Dei, quæ probis ac reprobis iuxta accidunt: proinde certitudinem iustitiæ ac salutis sumi oportere ex interna fide, non ab euentu beneficiorum ac flagellorum.

AT Salomon ita ratiocinatur. Si posset homo cognoscere ab Deo diligere, aut odio haberi, cognosceret ex beneficijs Dei: at hinc non potest; cum sint communia bonis & malis. Nil ibi de interna fide. Dein: *Quomodo omnia in futurum incerta; si ex fide illa sit certitudo? Demum Caluinus ubi supra dat causam, cur nolit Deus nos cognoscere, diligamurne an odio habeamur; Quia id facit, ad vanitatem humani ingenii arguendam: cum in rebus scitu maxime necessarijs tanta hebetudine teneatur.* Ergo nulla est certitudo.

AD II. Nemo certus est de præfenti iustitia, ergo minus de Perseuerantia. Ideo S. Scriptura nos hortatur ad timorem, non ad securitatem.

AD III. Incerta est perseuerantia in gratia: ergo & incerta est Scientia prædestinationis.

AD IV. patet supra quest. 56.

AD V. *Aque multa sūt tribulationes, quæ stante caritate, vincuntur facile.* Quia, 1. Cor. 13. *Caritas omnia suffert. &c.* Nō igitur is loc⁹ probat, amitti ca-

ritatem non posse. *Quia Apoc. 2. Caritatem primam reliquisti. Memor esto unde excideris.*

AD VI. *Non sicut, manente caritate: at hac deficcata, Gal. 5. à gratia excidisti.* Illud *Certus sum, &c.* in eo qui, i. persuasus sum, de certitudine loquitur. Moralit, seu Coniecturali quæ ex signis habetur. Vnde S. Hieron. *Confido, vertit.* Ita Rom. 14. *Certus sum, quoniam plenus est dilectione, id est, Confido: & illa nunquam excidit ex se; at nos subinde ex ipsa excidimus.*

AD VII. I. *Qui natus est ex Deo, id est, ait Aug. l. 4. ad Bonif. c. 7. regeneratione secundâ ad gloriam; non primâ ad gratiam; non potest peccare.*

2. Bern. Serm. 23 in Cant. *Semen Dei, id est, gratia prædestinationis præditus non potest peccare, id est, licet subinde peccet, tamen respicit finaliter.*

3. Aug. l. de nat. & grat. c. 14. *Non potest peccare: id est, non debet.*

4. Idem: *Qua natus ex Deo, nō potest etiam venialiter peccare; at quia peccat, eatenus non est natus ex Deo.*

5. Et optimè: *Non potest lethaliiter peccare, quatenus manet Dei filius; licet venialiter peccet: quia Semen, id est, caritas manet in peccante venialiter.*

QVÆSTIO LXIX.

An homo post iustificationem maneat peccator & iniustus?

CALVINISTÆ, & omnes, qui commiscantur Teeturam peccatorum, ac Imputatitiam iustitiam, affirmant, cum Caluino *Inst.* 3. ca. 11. §. 3.

11. §. 3. Pro iustis in Christo censetur, qui in nobis non sumus.

4. Non stare, quod obedientia Christi nos constituit iustos, nisi in ipso, & extra nos iusti reputamur coram Deo.

11. Hoc modo iustus est; non re ipsa, sed imputatione. In Antid. less. 6. c. 5. Confugiamus ad solum Christum, ut in ipso iusti censeamur, quod in nobis non sumus.

SVASIONES eorum sparsim supra videre est. quest. 60. 61. 62. 63. 64. 65.

AVTOR. Iustificamur per inhaerentem iustitiam habitualement; sicut Christus in se iustus est.

1. Scilicet ut membra sint conformia Capiti, Sponsa Sponso: iuxta Ro. 8. *Prædestinavit nos conformes fieri imaginis Filij sui; ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.*

2. Quia Christi sanguine verè laquamur, & conlanamur; item Sanctitas, ex Christi merito, per Spir. Sanctum nobis infunditur: sic tota fit iustificatio per & Remissionem peccatorum, & Renouationem Spiritus interiorum.

3. Ps. 50. *Apeges me, & mundabor, &c.* in me ipso, non solum in Christo imputatiue. Ideo orat: *Cor mundum crea in me Deus, & Sp. rectum innoua in visceribus meis.* Vnde 1. Cor. 6. *Et hec quidem fuistis, sed abluti estis. Sanctificati estis, iustificati estis.* Nam Eph. 1. *Elegit nos, ut essemus sancti, & immaculati in conspectu eius.*

4. Quia Calvinistæ in doctrina sua, Mat. 23. *Sunt similes sepulchris dealbatis; quæ intus plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcizia.* Similes Virginibus factis, Mat. 25. non habentibus oleum iustitiæ in lampadibus suis. Simi-

les Lupis rapacibus intus, Mat. 7. foris in vestimentis ouium.

INSTANT. Eph. 1. *Gratificauit nos in dilecto Filio suo:* ergo iusti sumus in Christo, non in nobis.

DICO. *Ἐξαγορεύω*, id est, S. Chrysostomo, *fecit nos gratiosos*, sc. infundendo gratiam: *in dilecto filio suo*, id est, propter merita Christi.

QVÆSTIO LXX.

An omnes iusti sint inter se pares?

LUTHERANI affirmant esse pares; & negant iustos crescere in iustitia: at in virtutibus tamen posse iustos crescere, aliosque aliis maiores esse, ut in fide, spe, caritate, &c. hoc autem non esse crescere in iustitia; quod virtutes non iustificent; sed sola imputatiua iustitia Christi, quæ æqualis est in omnibus, constansque.

IOVINIANVS i. affirmabat olim ex eo, quod virtutes, virtutisque omnium esse paria. Vide *Genealog. p. 4. q. 11.*

AVTOR. Errant noui Iouiniani.

1. Quia, Prou. 4. *Iustorum semita quasi flux splendens procedit & crescit usque ad perfectum diem.* Sic 2. Cor. 9. *Augebit incrementa frugum iustitia Vestra.* Et Apoc. vlt. *Qui iustus est iustificetur adhuc, & qui sanctus est, sanctificetur adhuc: & qui sordidus est sordescat adhuc.*

2. Scripturæ docent caritatem augeri: Ioan. vlt. *Diligis me plus his?* Luc. 7. *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui minus dimittitur, minus diligit.* 1. Ioan. 4. *Perfecta caritas foras mittit timorem. Atqui iustitia nil est, nisi caritas.* 1. Ioan. 3. *In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli: Omnis, qui non est iustus, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem, &c. Is manet in morte.* Et Mat. 5. *Scribarum erat diligere amicos; non*

inimicos: at Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Pharisæorum. &c. ergo iustitia est charitas, & contra.

3. In cœlis est varietas præmiorum, iustis paratorum; ergo & in terris est varietas meritorum.

4. Ita S. Aug. epist. 29. *Induti sunt Sancti iustitiâ; sed alius magis, alius minus.*

III. DE IVSTITIA OPERVM.

QVÆSTIO LXXI.

An Luthero caluinista negent bonorum operum necessitatem?

I. LUTHERANI clamant iniuriam fieri sibi, quod eam negent. Vt Confessio. Aug. art. 20. Melanch. Brent. Kern. Calvinus *Inst.* 3. c. 16.

1. Lutherus in *Visi. Saxonica* ait, bona opera faciendâ, & quodam esse modo necessaria; cum vera fides non sit, quæ non pariat ipsa.

2. Maioristæ seu Electorales in *Colloq. Altebur.* distinguunt esse necessaria *necessitate Præsentia*; non *Efficientia*.

3. FLACCIANI, siue Saxonici admittunt necessitatem Præsentia; pertendunt tamen hanc propositionem: *Opera sunt necessaria ad salutem*; esse periculosa, nec ferendam in Ecclesia. Sic variant in modo necessitatis: At ipsam necessitatem absolute negant. Et tamen fieri a nobis sibi iniuriam conqueruntur.

AUTOR. LUTHERANI igitur ac CALVINIANI iuxta volunt, Possè hominem saluari, licet opera bona nulla faciat; nec mandata Dei seruet.

I. Quia suadent; opera mala credenti nocere nihil. Sic Lutherus lib. de libert. Christiana: *Bona opera non faciunt bonum virum, nec malum mala. &c. Vt infideli nullū bonū opus prodest ad salutē*

& iustitiam; sic nullum malum opus facit malum & damnatum, sed sola incredulitas. Idem in sermo. Sic Deus dilexit. &c. *Vbi fides est, nullum peccatum nocere potest.* &c. Vide Bell. l. 4. c. 1. plura. Ergo iniuste queruntur de iniuria sibi facta à nobis.

II. Quia docent; Opera iustorum omnia ex natura sua esse peccata mortalia. Lutherus in *assert. art.* 31. 32. 36. Calvinus *Inst.* 3. c. 12. §. 4. & c. 14. §. 9. Iam si bona opera sint lethalia, nec tamè ob fidem imputantur; certe nec mala imputari necesse est neque nocere. Vide *suprà quest.* 2. 4.

III. Quia docent Legem differre ab Euangelio, quod Lex proponat iustitiam & salutem cum conditione totius legis implendæ; *Euangelium vero sine conditione vlla, nisi solius fidei*: vnde consolatur; at Lex terret. Ita Lutherus ad Gal. Melanch. in Locis, Saxonici in Colloquio Alteburg. Ergo qui nil boni operatur, vniuit Euangelio consentaneè. Quod si Fides opera requirat: ergo fides non erit secundum Euangelium.

IV. Quia asserunt Libertatē Christianam; quæ liberet hominem ab debito legis implendæ coram Deo; idè quod omnia opera sint ei indifferentia id est, nec præcepta, nec prohibita. Id quod inde necessario inferunt; quod Legem obseruatu impossibilem fingant. Ita Lutherus ad Galatas. &c. Ita Calvinus *Inst.* 3. c. 19. §. 2. 4. 7. Vbi in tribus ponit libertatem Christianam.

1. Quod, vbi fiducia iustificationis queritur, legis aut operum nulla ratio habeatur.

2. Opera fiant, vt à Deo acceptanda cer-

da certò, qualiacunq; sint; non vt examinandà.

3. Vt omnium rerum externarum vsus habeatur pro indifferenti, vt contra scrupulum eas vsurpes, aut omitas. Ecquæ Maior impietas, & Atheismus istâ Adiphoriâ?

V. Quia occasione huius doctrinæ omne scelus impunè grassari cœpit, solutæque sunt conscientiæ. Vt ipse Lutherus in *Visti. Saxonica* fuerit coactus laudare ac prædicare opera bona. At in contrarietate nitebantur sui Lutherani in Colloq. Altemburg. *Opera bona, aiunt, & noua obedientia, non ad regnum Christi, sed ad mundum pertinent.* &c. *Ad Satanam spectant Christiani cum operibus bonis Ibid. Imo ad salutem incommodant, suntque perniciofa.* Sed prædicta singulatim discutiamus.

QVÆSTIO LXXII.

Quodnam DISCRIMEN LEGIS & Euangelij malè reprobet Operum necessitatem?

LUTHERANI perinde & CALVINIANI tria tradunt.

I. Euangelium non esse Legem nouam; sed Latum Nuncium de Christo. Ideoque Nec Christum fuisse Legislatorem: Et quæ in Euangelio aut in Epistolis sunt Præcepta, ea ad Veterem Legem, non ad Nouam pertine re: Quæ idcirco à Christo reperita fingunt, vt intelligeremus nos Christi egere gratia.

II. Euangelium esse gratuitum, habereq; Promissiones absque conditione Obedientiæ annexa: Legem verò isthanc habere conditionem.

III. Euangelium meras habere Consolationes: Legem terrores ac minas.

AVTOR. Tribus his tria opponimus quæ contineri in Euangelio docemus: I. Leges propriè dictas: 2. Mi-

nas: 3. Promissiones conditionales. *Euangelium verò capitur bifariam.*

I. *Pro Doctrina à Christo & Apostolis prædicata, & scripta.* Sic capimus hic tum nos, tum Sectarij.

2. *Pro Gratia Noui Testamenti, quæ dici solet Lex scripta in corde, Spiritus viuificans, Lex fidei.* Sic differunt Lex vetus, & Euangelium; Illa docet quid faciendum; Hæc dat vires ad faciendum. Malè igitur Sectarij; quod illa requirat opera; hoc non. Iam singula doceamus.

I. Leges propriè dictæ pertinent ad Euangelium. 1. Quia de Euangelio dicitur *Isa. 2. De Sion exhibit lex.* Christus dicitur *Leu. 33. Iudex, Legifer, Dominus.* Et *Ierc. 31. promittitur Lex noua:* Idque repetitur. *Heb. 10. 2. Christus, Mat. 5. confirmat, explicat, perficit legem Moysis, vultque seruari.* Vide *Antichristum p. 4. q. 39.*

II. Minæ pertinent ad Euangelium. I. Patet *Mat. 5. 22, 23, 25.*

INSTANT: Minæ in Euangelio pertinent ad Legem vet. Et legis promissiones pertinent ad Euangelium.

AT ita pars maxima sermonum Christi non forent Christi, sed Moysis; & Christus in Euangelio non prædicasset Euangelium. 2. Apostoli terroribus sunt vsi. *Rom. 1. Non erubescio Euangelium. &c. Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem. A ct. 2. Petrus euangelizans perterrefecit cõpunctos corde, dicentes: Quid faciemus? Paulus A ct. 24. disputante de iustitia, castitate, & iudicio, tremefactus Felix est. Iacob. 5. Agite nunc diuites, plorate ululantes in miseris, quæ aduenient vobis.* Et Angelus. *Apoc. 14. Euangelizat iudicium;*

cium; itemque in Symbolo.

III. PROMISSIONES Euangelicæ sunt Conditionatæ, si obediatur præceptis: non sunt absolutæ.

I. Mat. 5. *Nisi abundauerit iustitia uestra, &c.* Matth. 19. *Si vis ad vitam, &c.* Luc. 10. *Hoc fac, & uiues.*

INSTANT. I. Lutherus ad Gal. 3. Caluinus Inst. 3. c. 18. §. 9. Idironicè dictum à Christo, ad confidentem in operibus legis.

2. Idem in Antid. l. 6. c. 7. *Serua mandata: Vt Catechumenis, si tam dura illis conditio imponitur! Quid enim aliud, quam æterna illis maledictio indicitur?*

3. Brentius hom. 1. in Dom. 13. post Trin. ait, *perserua mandata; indicatam ei viam ad damnationem fuisse.*

DICO I. Non est ironia; qui similiter conditionate alloquitur Apostolos, Ioan. 13. *Beati, si feceritis ea.* Ioan. 15. *Amici mei eritis, si feceritis quæ præcipio, &c.*

2. Non eratis Scriba, Phariseus, aut legis peritus, cui illuderet; sed diues adolescens, Matth. 19. Mar. 10. & princeps, Luc. 18. Et Dominus, Mar. 10. *dilexit eum.*

3. Nec is tentans quærebat; sed serio discens.

4. Nec, si tentasset, Dominus dolum reddere dolo fœuit.

I. Conditionatas esse Promissiones docent Apostoli: Rom. 8. *Si spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis &c.*

III. Prophetæ: Ezech. 18. *Si Impius auerterit se ab impietate sua, & fecerit iudicium & iustitiam, vita uiuet.*

IV. Conditio fidei docet idem, ad salutem requisita, testibus Sectarijs: Mar. ult. *Qui crediderit, saluus erit.* Ecce conditionem. Igitur Euangelium dicitur Gratuita promissio, cum

etiam Conditio sit gratuita, id est, ex gratia Dei, dantis gratiam pro gratia, Ioan. 1. id est gratiam, & gloriam ex gratia donantis. *Plura in Antichristo.*

QVÆSTIO LXXIII.

Ecquod discrimen Legis & Euangelij rectè probet Operum necessitatem?

I. DISCRIMEN. Lex est doctrina inchoata, & occultatio Noui Testamenti Euangelium est Perfecta, & Reuelatio Veteris Testamenti. *Greg. hom. 6. in Ezech. ait, est Rota in rota.* Vtrumque Testamentum continet, Mysteria credenda, Promissiones sperandas; Præcepta facienda. Vnde, ait S. Aug. in Enchir. *Summa doctrinæ cœlestis est Fides, Spes, Charitas: Hanc Moyse tradidit uoluntate, Christus reuelatè. 2. Cor. 3.*

Atqui in tribus iisdem Nouum præstat Veteri Testamento longè. Nam Mysteria fidei Vetus tradit obicure: Nouum manifestè. *Promissa*, Vetus figuratè, & temporalia: Nouum proprie, & æterna. *Mandata* Vetus ceremonialia, Iudicialia, Moralia continet: Nouum habet pro ceremonialibus immemoribus Sacramenta pauca: pro Iudicialibus vniuersi gentis Iudææ tradit Traditiones, Legesque paucas omni vniuersales. Morales leges seruat communes, uti perpetuas; verum, quas in Nouo Christus perduxit ad perfectum: quibus & Consilia adiecit. Et quibus omnibus S. Augustinus l. 1. de serm. Dom. in monte mirificam probat bonorum operum utilitatem, in Euangelio commendatam.

II. Dis.

II. DISCRIMEN. Vetus lex à Moyse data, solâ doctrinam: Noua à Christo, confert etiam gratiæ auxilium. Ideo 2. Cor. 3. *Litera occidit; spiritus uiuificat.* Ioan. 1. *Lex per Moysen data est; gratia & ueritas per IESVM Christum facta est.* Plures ex his utriusq; differentiæ dimanant; quæ omnes stabiliunt bonorum operum necessitatem: quorum tamen *iugum suauis est, & onus leue.*

QVÆSTIO LXXIV.

An & que LIBERTAS Christiana probet operum necessitatem?

LUTHERVS in Galatram. 2. *Necessaria, inquit, sola fides est, ut iustifimur: cætera omnia liberrima, neque præcepta amplius, neque prohibita.* Ibid. *Si conscientia distat; Peccasti: responde; peccauit; ergo Deus puniet, & damnabit? Non. At lex hoc dicit. Sed nihil mihi cum lege. Quare? Quia habeo libertatem.* Ibid. *Summa; & sapientia Christiana est, Nescire legem, & non opera, & totam iustitiam actiuam.*

CALVINVS Inst. 3. c. 19. §. 2. 4. 7. Libertatem ponit in tribus.

1. Vbi fiducia iustificationis, ibi nulla legis aut operum habenda ratio.

2. Opera bona fiant, ut certò acceptanda à Deo; non ut examinanda.

3. Omnium rerum seruanda Indifferentia, siue vsurpes, siue omittas.

LUTHERO-CALVINISTARVM igitur est, Nulli seruire legi in conscientia, & coram Deo: Christum habere pro Redemptore, non pro Legislatore: Moysen cum suo Decalogo nil ad eos pertinere.

AUTOR. Christiani & iustificati sunt obligati ad præcepta Dei, cui seruire, regnare est; & Lutero-caluinistica libertas profana est, peccatique & diaboli voluntaria seruitus.

1. Quia Christus est uerus Legis-

lator, *Is. 2. Leuit. 33.* iuxta expositionem Petri, *Act. 3.* & S. Stephani, *Act. 7.* & Pauli, *Heb. 2. 5.*

2. Quia Euangelium esse legem docent Scripturæ. *Isa. 2. Michæ 4. De Syon exibit lex, & Verbum Domini de Ierusalem.*

3. Quia Christus præcepit de baptismo, *Ioan. 3.* De Eucharistia, *Ioan. 6.* Prohibuit repudia; dimissosque manere iussit inuuptos, aut reconciliari: De quo 1. Cor. 7. *Præcipio, non ego, sed Dominus. &c.*

4. Quia Dominus legem Moysis approbavit, quoad Moralia: *Matt. 5. 6. 7. 19. Mar. 10. Luc. 18.* ad probans Decalogum. Item *Mat. 22.* Confirmat præceptum dilectionis; ut à quo pendeat lex & prophetæ. *Ioan. 15. Hoc est præceptum meum, ut dilig. &c.* *Ioan. 13. Mandatum nouum do. &c.* Sic & Apostoli, *Rom. 13. Nemini quicquam debeat is, nisi ut diligatis inuicem. &c.* *Ephes. 6. Iacob. 2.*

5. Quia Lex Moysis moralis non est per Euangelium abrogata. *Mat. 5. Nolite putare, quoniam ueni soluere legem. &c.* *Ro. 3. Quid ergo legem destrui-mus per fidem? Absit: sed legem statuimus.* *Rom. 7. Consensio legi, quia bona est. &c. Mente seruo legi Dei.*

6. Vox *Debeo, Debet,* est in Scripturis imperans. *Luc. 17. Quod debuimus, fecimus.* *Rom. 8. Debitores sumus. &c.*

7. Christus est Iudex mundi, redditurus cuique secundum opera eius. *Mat. 24. Act. 10, 17. Rom. 2. 14. &c.* Et Christiani, ait *Aug. l. de fide & operibus,* damnabunt, non quibus fides, sed opera defuerunt. 8. Sic & S. Patrū habet Consensus, & ætatum.

9. RATIO euincit. Quia præuarian-
cans si peccat; ergo tenetur ad obliga-
tionem legis: si non peccat; ergo fal-
sum dicunt Sectarij, omnia iusti ope-
ra ex se esse mortalia peccata: Item si
non peccat; ergo vera est hæresis Li-
bertinorum: quod nihil sit peccatum.

INSTANT: Lutherus lib. de *Votis mon.* Præua-
ricatores legis peccant; sed eis non imputa-
tur. Vnde nulla sunt tam mala, quæ possint
fideles accusare aut damnare, nulla tam bo-
na, quæ eum queant defendere & iustifica-
re. Sic & in *Gal. 2.* Iustus peccat. Sed dicit, nil
sibi cum lege; quia non potest eum damnare.
Sic & *Calvinus Inst. 3. c. 19. §. 4. 7.* Suadet opera
faciamus, vt acceptanda à Deo, qualiacunq;
sint; non vt examinanda.

DICO. Si peccant; ergo te legi ob-
noxios fatentur. *Item*, Peccatum si
habitare cum fide non possit, ergo nõ
solum est peccatum, sed & imputatur:
nam excutit fidem: Si possit habitare
cum fide; vt Lutherus fatetur in *Capt.*
Bab. de bapt. &c. ergo non sunt necessa-
ria opera bona, etiam vt fructus & si-
gna fidei: Et non est, cur vlla vitia &
flagitia fugitentur.

VERA igitur LIBERTAS CHRIS-
TIANA consistit

1. In Libertate à peccato & morte.
2. A iugo ceremonialium & iudi-
cialium.
3. A dominiõ & reatu legis naturalis
& moralis: Vide *Bell. l. 4. c. 6. & c.* Vbi
& docet bonorum operum necessita-
tem ad salutem ex Scriptura, Tradi-
tione, Ratione.

QVÆSTIO LXXV.

*An necessitas operum ad salutem eui-
denter euincatur?*

LUTHERANI & CALVINIANI Con-
spirant in hoc: Sola Fides necessaria est ad sa-
lutem, vt ad quam Sola habeat relationem:

Opera verò relationem hanc non habent,
proinde nec ad salutem necessaria sunt: Ad
fidem verò sunt necessaria; ceu fructus illius:
vt sit viuã ac vera: non vt opera sint quasi me-
ritoria, causa, & conditiones. Et eam Fidei
ac Operũ fingit distinctiõne, quod opera af-
ferant necessitatem Præsentia, non Efficientia.

AUTOR. Adultis, ratione vtenti-
bus, bona opera ad salutem sunt, præ-
ter Fidem, necessaria necessitate: Effi-
cientia, non solius Præsentia. Bap-
tizati infantes hinc decedentes censentur
totam implese legem, quod post
iustificationem nõ violarunt legem.

DOCETVR. 1. Scripturis Euangeli-
cis & Apostolicis. Vide in *Antibaptista*
p. 4. q. 41.

2. Traditio, & omnium retrò qua
temporum, quã S. Patrum, & Doctõ-
rum consensus docet idem apud *Bell.*
l. 4. de iustif. c. 8.

3. RATIO vincit. 1. Quia Si opera
sint fidei, vt signa fructusque necessa-
ria præsentis; sequeretur, fidem salu-
re licet omni opere destitutam bono-
& coniunctam omni vitio ac flagitio.
At hoc repugnat Scripturis, Tradi-
tioni, Rationi: patet supra: & Secta-
rij ita fatentur his adacti Scripturis:
*Rom. 2. Tribulatio & angustia in omni
animam operantis malum: Gloria autem ho-
nor & pax omni operanti bonum. 1. Cor.*
*6. An nescitis, quia iniqui regnum Dei non
possidebunt? Gal. 5. Manifesta sunt opera
carnis. &c. Qui talia agunt, regnum Dei
non consequetur. Eph. 5. Omnis fornicator
nõ habet hereditatẽ in regno Christi & Dei.*

2. RATIO. Quia opera, aiunt, non
requiruntur in actu saluãdi per se, sed
per accidens: eò, quod opera nullam
saluãdi vim habeãt; neque Fidei, sal-
uãdi soli, vim addunt aut demunt.

Ergo

Ergo bonis operibus omnibus subla-
tis adhuc saluaret fides: Vt ignis cale-
faceret ex se, licet abesset ab eo splen-
dor. Nam ipsi contendunt, fidem ab
operibus cæterisque virtutibus sepa-
rari aut intelligi Nō posse, patet *supra*
quest. 58. vbi refutantur.

3. Demum, Discrimen Legis & E-
uangelij; item Libertas Christiana;
item Conditionata æternæ vitæ pro-
missio; & obligatio iusti ad legem im-
plendam euincunt operum bonorū
necessitatem Efficientiæ, non solum
Præsentis, ad salutem.

QVÆSTIO LXXVI.

*An Lex Diuina sit obseruatu impletuque
possibilis sic, vt opera propriè
sint iusta?*

LVTHERO-CALVINISTAE Negant.

LVTHERVS l. de libert. Christiana: *Equè nobis
impossibilia sunt omnia præcepta; atque illud vnum,
Non concupiscere: idem assert. art. 2. 31. 32. 36. assertit,
Omnia opera iusti sunt peccata mortalia. Melanch. in
Locis anni 1521. de pec. Omnia hominis, quantumuis
laudabilia opera, plane sunt vitiosa, & morte digna pec-
cata Sic & alibi.*

KAMNITVS in Exam. Conc. ad. c. 11. sess. 6. *Posse
per gratiam Legem impleri; non est controversia: At
persuasio qua renatorum operibus bonis in hac vita
tribuit PERFECTIÖNEM, facit Christum post pri-
mam reconciliationem otiosum. Negat ergo Perfectè
impleri posse, non vt nulla intercedant venialia,
sed vt opus simpliciter iustum possit appellari.
In quo nil dissentit à Luthero, etsi videri velit.*

CALVINVS Inst. 3. c. 14. §. 9. *Nullum à San-
ctū exire potest opus, quod non mereatur iustam op-
probrij mercedem. Similia & alibi plura.*

SYADENT istis. 1. Calu. in Antid. Kemn.
Act. 15. *Quid tentatis imponere iugum super cervi-
ces Discipulorum, quod nec nos, nec patres nostri por-
tare potuimus: Sed per gratiam Domini nostri IESV
Christi credimus saluari, quemadmodum & illi.
Inportabile renatis in gratia est tam mora-
le, quam ceremoniale; Et hoc non sperat*

vires naturæ, vti Morale; quod ideo impor-
tabilius est.

2. Calu. ex Gal. 3. *Qui ex operibus legis sunt,
sub maledictio sunt. Scriptum est enim Maledictus o-
mnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta
sunt in libro legis huius.*

3. Quia Rom. 7. *Velle adiacet mihi; perficere
autem non inuenio.*

4. Quia Iac. 2. *In multis offendimus omnes.*

5. Quia Christus est Mediator tam in om-
ni vita renatis, quam in prima eorum iusti-
ficatione; ege musque eius redemptione, quia
semper peccamus. Sin' otiosus foret.

6. Quia S. Aug. l. 1. retract. c. 19. ait; *Omnia
mandata facta deputantur; quando, quicquid non
fit, ignoscitur.*

AVTOR. Vnus omnium ætatum,
Patrum, Doctorumque consensus est
in tria hæc:

1. Legem Dei absolute esse possi-
bilem, non per solas naturæ vires; sed
per gratiam Dei.

2. Opera bona iustorum absolute
sunt iusta, & quodam modo perfecta,
sic tamen vt perfectione augescere
queant.

3. Operibus bonis iusti fiunt iusti-
ores.

1. Legem impletu possibilem esse
Scriptura docet. Vide in *Antichristo
quest.* 42.

2. Docet S. Patrum Traditio &
Concilij Arausicani II.

3. Ratio. Potest homo plus facere,
quam præceptum: ergo & præcepta
implere. Antecedens, quia: Matth. 19.
*Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.
seruauit. Porro, Si vis perfectus esse vende
omnia. &c. Vbi Chryf. hom. 8. de pœ-
nit. Multi ipsa superant peccata.*

2. Si essent impossibilia, neminem
obligarent præcepta; ac proinde nec
præcepta forent; nec præuaticatio.

3. Foret Deus tyrannus, qui ab amicis etiam exigeret tributū impossibile solutu; idq; etiam iure politico, quod ex naturaliac diuino promanat.

4. Quia Rom. 8. *Christus passus est, ut iustificatio legis impleatur in nobis.* Ideo docuit nos orare, *Fiat voluntas tua sc.* ait S. Cypr. & Aug. ut impleamus præcepta.

5. Quia iustificati habent Sp. Sanctum & hic parit fructus Spiritus, Gal. 5. *Caritas, gaudium, pax, &c.* Atqui ait, *Aduersus huiusmodi non est lex, sc. accusatrix eorum.* Proinde supra, *Si Spiritu ducimini, non estis sub lege.* Quia Rom. 8. *Lex Spiritu uita liberauit me à lege peccati & mortis:* nam Spiritus facit legem nos implere.

6. Quia omnes iustificati, ex Deo nati sunt: At i. Ioan. 3. *Qui natus est ex Deo, non peccat:* nam legem implet, nō præuaricatur.

DICO AD I. S. Petrus loquitur tantum de Ceremoniali lege Circumcisionis, & suffocati, quæ solis naturæ viribus obseruari quibat, nec tamen saluabat: Iuncta autem Morali erat ferè importabilis; sola tamen Moralis est portabile iugū Dei gratia supportante.

AD II. Maledicti sunt, qui suis viribus naturæ absq; Dei gratia credūt impleri legem posse: *Et hi ex operibus legis sunt:* At cum gratia Dei, Rom. 2. *Factores legis iustificabuntur.*

AD III. De actu concupiscendi est sermo, quem sæpè sentimus, cum etiam non consentimus.

AD IV. Venialiter peccantes legem non præuaricantur quia peccata venialia sunt imperfectè peccata,

& propter, non contra legem. AD V. Christus semper est Mediator minimè otiosus, tum gratiam ministrando nobis ad operandum, tum quia Sanguis eius nos emundat ab omni peccato ven. & mort.

AD VI. De hac summa legem implendi perfectione, *lota unū aut unus capex non prateribit,* ibi fit Sermo: & in hanc incurrentes imperfectiones veniales ignoscuntur.

QVÆSTIO LXXVII.

An hoc, Non concupisces, sit obseruatu possibile?

LUTHERANI pariterque CALVINIANI contendunt Legem, *Non concupisces,* esse impossibile: Eo quod Concupiscentia in actu primo, seu pronitas, sit ipsum peccatum originale; Et eadem in actu secundo, seu motus rationem præueniens; Itemque Consensus eius, sint peccata mortalia. Quæ tria vno eo cauentur præcepto impossibili.

SVADENT tum aliis, alibi tractatis, tum isto Aug. l. i. de Nupriis & Concup. c. 23. *Si non sit, Non concupisces; saltem fiat hoc, Post concupiscentias tuas non eas.* insinuans hoc posse, illud non posse seruari. Quod ait, lib. de spir. & lit. c. 36. prius ad im mortalem, posterius ad mortalem vitam pertinere.

AVTOR. IN VNO, *Non concupisces,* tria spectantur: 1. Concupiscentia in actu primo: 2. in actu secundo, motus præuertens rationem. 3. Consensus. Concupiscentia in actu primo non est peccator. Pater supra quæst. 23. sed naturæ pronitas ex se inculpabilis: Nec motus primò primi sunt pec. actuales: sed consensus solus, eo prohibitus præcepto ac proinde possibile. Ita explicat id Scriptura, ut Eccl. 5. *Ne sequaris infortuna*

dine tua concupiscentiam. Eccl. 18. *Post concup. tuas non eas.* Ro. 6. *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore ut obediat is concupiscentijs eius.* Hæc sanè de Consensu loquuntur. Ita passim S. Aug. l. 1. de Nup. c. 23. &c. apud *Becanum in Manuali l. 1. c. 17. q. 1.*

2. RATIO euincit. Deus non obligat nos ad impossibile: id enim foret & stultum, & iniustum. At motus vitare primos non est in potestate nostra; teste experientia omnium. Et velle in id vindicare, quod inuitabile; id crudele foret: quod alienum à Deo. 2. Homini, in puris naturalibus constituto, motus rationem præuenientes forent connaturales; quia caro concupiscit aduersus Spiritum; quæ duæ sunt partes hominis, & appetitus duo rationalis, & sensitiuus. Connaturale autem non potest esse culpabile ex se, nisi aliunde fiat tale sc. per consensum, Ergo hic solus præcepto, *Non concupisces*, cauetur.

Dico AD Suasionem. S. August. vult illud, *Non concupisces*, quoad verba præcepti, non posse; at quoad obligationem, posse obseruari. Quia docet; Motus rationem præuenientes, non esse peccata. Et consentit *Calvinus Inst. 3. c. 3. §. 10.* Item docet: præceptis diuinis nil prohiberi, nisi peccatum; Id quod dant Sectarij; ergo non ij motus, sed consensus solus ibi prohibetur quoad obligationem.

QVÆSTIO LXXVIII.

An hoc; Diliges ex toto. &c. seruari possit? Cateraque Decalogi?

LVTHERANI, vt *Keimnitius in Exa. Cont.*

CALVINIANI, vt *Calvinus in Antid. ad sess. 6. c. 11.* rigidè negant.

SVADENT præsertim istis: 1. Qui diligit, legem implet; at diligere nemo potest, sicut oportet. Hic enim inchoata est, non perfecta caritas.

2. Melancht. in *Apolog. de implet. legis*, concedit posse diligi proximum; non tamen isto legem impleri, aut iustificari coram Deo.

AVTOR. Mādatur dilectionis seruari potest, & debet quadatenus perfectè ex toto corde: id est, 1. Non occupando cor totum in diligendo Deo SOLO. 2. Nec tanto conatu in Deum, quanto fieri potest: 3. Sed Deum diligendo super omnia creata. Sic Rom. 8. *Nulla creatura poterit nos separare à caritate Christi*, scil. vt eum postponamus. Matt. 10. *Qui amat patrem aut matrem plus, quam me, non est me dignus.* David, Eccl. 47. *de omni corde dilexit Deum.* Vide *Antichristum p. 4. q. 42.* Idem de Iosia rege asseritur. 4. Reg. 23. Nec dubium de Moyse; Abraham, &c. B. Virgine, Apostolis. &c. Abrahæ in terris nil carius vnigenito; at carior ei Deus. Itaque potest diligi Deus *ex toto*, quoad Obligationem hic in terris; non quoad verba. Nam dilectio super omnia non excludit aliquam cæterorum dilectionem, quæ & ipsa est cordis.

II. LVTHERANI, vt supra liquet, negant legem seruari posse. CALVINIANI item. Calvinus vox blasphemia est in *Antid. sess. 6. c. 12.* *Propheta, Patriarcha, & pij Reges, vtrunque Dei Spiritu adiuuarentur, ferendo legis iugo pares non fuerunt.* Ibid. *Minimum legis mandatum onus est Ætnæ grauius.*

SVADENT Supradictis *quæst. 76.*

AVTOR. I. Duo difficillima, *Non concupisces; & Diliges*; seruari possunt: ergo & cætera Decalogi faciliora.

2. Diligens ex toto Deum non vult eum

cum offendere; vnde seruat mandata. Neque intercessio venialium imperfectionum officit perfectioni substantiali. Hinc Phil. 4. *Omnia possum in eo, qui me confortat.* Calvinista dicit; *Non omnia possum.* At Luc. 1. Zacharias & Elisabeth erant incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela. Quare Deus si mandat serio; serio tenemur ad obseruationem: si ioco; cur serio punit? Istene iocus erat? Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.*

QVÆSTIO LXXIX.

An Opera Iustorum sint peccata?

LUTHERANI & QUÆ AC CALVINIANI affirmant: Vide supra *quest. 71. & 76.* Idque necessario asserunt expositis à se fundamentis: cum fingant Inherere homini peccatum originale; Concupiscètiã esse perpetuum peccatũ; Pec. remitti nulla sen deleri, sed tegi solum, & non imputari: Legem obseruatum impossibile esse: Hominem post iustificationem manere iniustum. &c. De quibus supra fusi.

AUTOR. I. Opera iustorum bona, sunt verè iusta; et etiam iustitia actualis dici possint.

1. Sic Scriptura docet in *Antichristo* p. 4. q. 43.

2. Ita S. Patrum constans consensus, apud *Bell. l. 4. c. 16.*

3. RATIO euincit idem. I. Quia ex tribus potissimum finguntur esse peccata; Ex innata Concupiscèntia; Ex defectu dilectionis; Ex admistione venialium: At horum nil demit iustitiam operibus bonis. *Non* Concupiscen-

tia; nam hæc infirmitas est; non peccatum: nec nocet sine consensu. *Non* venialis caritatis imperfectio; nam, hæc vt culpa sit, non tamen est peccatum lethale; habetq; hic suã viã perfectionem absolutam; licet non illam patriã. *Non* Venialium admistio; nam hæc vt sit præter, non tamen est contra legem & caritatem. Vnde licetis *multis offendimus omnes*, & nemo non habeat peccatum; Scriptura tamen absolute quosdam vocat iustos, immaculatos, perfectos.

2. Quia si omnia iustorũ opera foris peccata, & opus Fidei iustificantis esset peccatum; item oratio hæc: *Et admitte nobis debita:* Item mentiretur dicens; Nil mihi conscius sum: Item Deus ipse peccaret, Phil. 1. & 2. *qui reperatur in nobis.* Item Redemptor nostri peccato non redemisset, nec mundasset sibi populum acceptabilem: Tit. 1. Item, Peccata mortalia quædam forent opera bona, ac proinde facienda. Demum opera bona esse peccata, improprie dicitur; non bona essent non bona; Seruire Deo esset seruire diabolo; opera lucis essent tenebrarum; filij Dei essent filij diaboli.

3. Ab iniusto procedunt opera iniusta: ergo ab iusto iusta. Nam Mat. 7. *Non potest arbor bona malos fructus facere, neque mala bonos.* Ioan. 15. *Ego sum vitis, vos palmites, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.* Vide Becanum in Manuali l. 1. c. 18. q. 1.

II. Opera iustorum iusta etiam iustificant amplius. Iac. 2. *Abraham nomine ex operibus iustificatus est: Vides, quomodo fides cooperabat ut operibus eius, & ex operibus fides consummata est.*

INSTAT

INSTAT Calvinus *Instit.* 3. c. 17. §. 11. 12. 1. Ibi scopum Iacobi fuisse ostendere, quæ sit vera fides.

2. Fidem ex operibus iustificantem esse umbram fidei, non veram.

3. Iustificationem ibi capi pro declaratione iustitiæ, non pro Imputatione iustitiæ Christi. Vt *Rom.* 4.

Dico AD I. Dicit; non docet. At docet *S. Aug.* l. de fide & oper. c. 14. non ostendi ibi quæ sit vera fides; sed quod vera fides non iustificet sine operibus; quo spectat & epistola Petri, Ioannis, Iudæ; contra exortam tunc hæresin, Fidem absque operibus iustificare.

AD II. dico idem.

AD III. *Rom.* 4. agitur de iustificatione prima, quæ ex impio facit iustum: Iacobus de secunda, qua iustus fit iustior: hæc cum, illa sine operibus fit iustus. Ita *Trid. sess.* 6. c. 8. 10. ex *S. Aug.* *presat. in Ps.* 31. &c. Vide *Bell.* l. 4. c. 18. & in meo *Antichristop.* 4. q. 43.

SVADENT porro istis operum bonorum iniustitiam.

1. *Calu. Ps.* 31. *Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum remissa sunt peccata: idq; totâ vitâ, non in baptismo solum.*

2. *Psal.* 142. *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.*

Eccl. 7. *Non est homo iustus qui faciat bonum, & non peccet.*

4. *Isa.* 64. *Facti sumus ut immundi omnes; & quasi pannus menstruatus, vniuersæ iustitiæ nostræ.*

5. *Lutherus:* Quia semper polluitur in nobis nomen Domini; & voluntati eius rebelles sumus, & peccamus; ideo orare iubemur; *Sanctificetur nomen tuum: Fiat voluntas tua: Dimitte nobis.*

Dico AD I. At si omnia sint mera peccata; cur idem dicit *Psal.* 1. *Beatus vir, qui non abiit in consilium impiorum.* &c. *Ps.* 100. *Intelligam in via immaculata: Perambulabam in innocentia.* &c. Qua

re ibi loquitur de prima iustificatione.

AD II. Triplex expositio est. 1. *Aug.* *Non iustificabitur; sc. ex se; sed ex Deo.*

2. *Aug. Hieron. Greg.* *Non iustificabitur; quia nemo sine pec. ven. est.* 3. *Hilarij Hieron. Euth.* *Non iustificatur homo comparatus Deo infinite puro, Job.* 4, & 9.

AD III. Non peccat homo bonum faciendo; sed bonum faciens nunc, mox peccare potest; imò bonum faciens simul potest venialiter peccare.

AD IV. In quo quasi triumphat. At loquitur ibi de Sceleratis, non de iustis: quia ait; *ecce peccauimus: Deseruisti nos; Iratus es. Non est, qui inuocet nomen tuum. Deinde ibi docet, opera iusta grata esse Deo: Occurristi facienti iustitiam.*

Demum mos Scripturæ est loqui de multis, quasi de omnibus: *Gen.* 6 *Omnis caro corruerat viam suam: Non tamen Noë. Adhæc esto, loquatur de omnibus; at de omnibus istius temporis, non omnium retrò temporum: patet ibidem. Et loquitur de impiorum operibus iniquis, quæ ipsi iustitias reputabant. Lutherus quoque & Calvinus in Comment. ibidem negant eum locum recte afferri contra operum iustitiam.*

AD V. Christus non docuit nos petere, quæ nunquam impetrare possemus: *Petite, & accipietis:* at secundum Sectarios illa nunquam possunt impetrari: quia volunt in omnibus iustos peccare, semper polluere Dei nomē, rebellareque eius voluntati. Perimus autem ibi, ait *S. Cypri.* quod habemus, ut conseruetur & augeatur.

IV. DE IUSTIFICATIONE MERITORIA.

QVÆSTIO LXXX.

*An vox MERITI sit usurpanda ut
ἀγισθία?*

LUTHERANI, ut Mar. Bucerus in Colloq. Ratiob. negat Scripturam, aut Patres voce Meriti vsos: Vfos tamen quosdam dura cum catachresi.

CALVINIANI, ut Calvinus Inst. 3. c. 15. §. 2. negat vtendum voce Meriti vel mercedis; dicendum dari abs Deo bonis operibus liberalem remunerationem. Simul acerbè perstringit S. Patres, quod vsu vocis Meriti pessimè consuluerint fidei sinceritati. Itaque dissonat ab Lutheranis verbo; re nihil.

AUTOR. I. Vox Meritum est aperiè in Scriptura, Eccl. 16. *Misericordia faciet locum cuique secundum MERITVM operum.*

INSTAT Calvinus non esse vocem Meritum ibi, sed κατὰ ἔργα.

DICO. Hoc idem est: nam reddere alicui secundum opera, est reddere vt meretur. Vnde Hebr. 13. *Talibus hostijs promeretur Deus* ἐὺ ἀγεσθήσεται, delectatur, placatur, ait Chryl. placetur, ait Oecumenius. Calvinus: placetur ijs Deo; non tamen recte vocatur meritum. At qui facit placitum alteri, benè meretur de eodem.

II. Vox meriti deducitur è Scripturis, vbi dicitur ἀξία meritū, ἀξισθαί mereri. Vt 2. Thes. 1. *Vt digni habeamini regno Dei.* Apoc. 3. *Ambulent mecum in albis, quia digni sunt.* Apoc. 16. *Dedisti eis Sanguinem bibere: digni sunt enim, id est meriti sunt.*

III. Vox Mercedis frequens est Scri

ptura: Gen. 15. *Ego merces tua magna nimis.* 2. Paral. 15. *Confortamini, erit enim merces operi vestro.* Sap. 5. *Apud Dominum est merces eorum.* Mat. 5. *Merces vestra copiosa est in caelis.* 1. Cor. 3. *Vniquisque propriam mercedem habebis.* Apo. vlt. *Ecce venio cito, & merces mea mecum*

QVÆSTIO LXXXI.

An opera iustorum sint aeterna vita meritoria?

LUTHERANI principio contemptim docebant de operum meriti: post bifariam temperant in Confess. Aug. & Apolog. art. 10.

1. Opera bona esse meritoria, hic & isthic, temporalium & spiritualium; sed non vite aeternae.

2. Esse meritoria, sed non ex sese vt iustis, sed ex fide, Deique liberalitate, regentis nostram indignitatem & operum.

CALVINIANI in Harmonia Confessionum Geneu. & apud Scharpium aiunt: Non omnibus nostris meritis in opere iustificationis & salutis renunciamus; & solum Christi meritum tale esse, vt iustificationem efficiat, & vitam aeternam asserimus. Dicimus ergo, opera in conspectu Dei ex congruo, nec ex condigno vita aeterna esse meritoria.

CALVINUS Inst. 2. c. 1. §. 9. Inst. 3. c. 15. §. 3. Anid. sess. 6. c. 14. &c. profundamento ponit, pec. or. manere in iustis cuius tabe omnia opera inficiantur, vt sint damnabilia.

SVADENT istis. 1. Psal. 102. *Coronatus es misericordia.* Mat. 5. *Misericordes misericordiam consequentur.*

2. Isa. 55. *Emite absque vlla commutatione precem & iac.* Dan. 9. *Non in iustificationibus nostris presternimus preces nostras, sed in miserationibus suis.*

3. Luc. 17. *Cum feceritis omnia, dicitur seruus miles sumus.*

4. Rom. 6. *Stipendium peccati mors; gratia Dei vita aeterna.*

5. Rom. 8. *Non sunt condigna passiones huius, &c. Phil. 3. Inueniar non habens meam iustitiam, qua ex lege est; sed illam, qua ex fide est Iesu Christi.* &c.

6. Rom.

6. Rom. 3. *Exclusa est gloriatio tua: per quam legem: Factorum: Non: sed per legem fidei.*

7. Iniuria fit Christo, si nostris quid meriti distribuat.

AVTOR. Opera iustorum verè & propriè sunt æternæ vitæ meritoria.

I. Sic Scriptura in meo *Antichristo*

p. 4. q. 44.

II. Sic traditio S. Patrum, apud *Bell. l. 5. c. 4. & Concilia Arausicanum, Lateran. Florent. Trid.*

III. Ratio. Quia opera iustorum sunt verè iusta: ergo & meritoria. Iusta esse, liquet *suprà quæst. 76.*

IV. Vita æterna in Scripturis nominatur merces: ergo opera bona sūt verè meritoria.

INSTAT *Melanch. in Apolog. Conf. Aug.* Merces dicitur præmium; quod debetur Promissioni, non Operibus.

Dico. At expressè operibus dari, non promissionibus, dicit Scriptura. Dein debeat promissioni: at non nisi expleta conditione ei addita de operibus.

INSTAT *Calvinus:* Merces accipitur ibi figuratè; quia vita æterna dicitur hæreditas; hæc autem non est propriè merces. Illa verò debetur filiis iure hæreditario; non meritorio.

Dico. Infantibus sic promissa debetur & datur: at adultis in super & iure meritorio: Sicut Christo debebatur iure naturali: at etiam quia *humiliavit se. &c. præterea Deus exaltauit illum.*

V. Quia præmium cœleste datur iustis in mensura & proportione operum.

INSTANT. I. Datur in cœlis præmium operibus; sed non æterna vita.

2. Dicitur vita æterna dari operibus; cum soli Fidei detur; cuius signa & fructus sunt opera bona.

DICO AD I. Scriptura ipsissimè exprimit *vitam æternam* dari *secundum opera. Dein*, nominetur illud operum speciale præmium. At nequit nominari. *Adhæc*, Malis redditur mors æterna pro malis operibus: ergo bonis æt. vitam.

AD II. At datur merces ita beata secundum proportionè operum: non fidei. *Nec* potest dici esse merces fidei; cum fides Sectariis solum relatiuè & apprehensiuè saluet; non autem ipsa per se. *Dein*, par foret omnium beatitudo & merces: at different vt stella à stella.

VI. Quia in Operibus bonis ponitur ratio, cur ijs æterna vita reddatur.

INSTAT *Calvinus* Diuinæ prouidentiae ordo est, vt prædestinatos ad vitam æternam velit prius facere bona, quam beentur, beati tamè ob prædestinationè, non ob opera. Vnde vox *Enim, Quia* sæpe est nota ordinis & cōsequentiæ, non causæ. Vt *Gen. 15. Quia fecisti rem hanc, multiplicabo sementuum.*

DICO. Sicut de malorum pænis; ita & de bonorum præmiis loquitur Scriptura: *Esuriui enim, &c.* at ibi de pænis redditur causa vera. *Nam stipendium peccati mors: Rom. 6. Qui autem seminat in spiritu, Gal. 6. de spiritu metet vitam æternam. Phil. 2. Cum timore salutem vestram operamini. &c.* Hæc docent particulas *Enim, Quia*, esse verè causales. Quoad Abraham; Deus promittit ei multiplicationem; sed eam mereri noluit operibus: Sic Isaacum proles impetrare precibus.

VI. Bonis operibus dicunt Scripturæ dari ex iustitia vitam æternam.

INSTAT *Calvinus*, 1. dari vt Christianis; non vt operariis. 2. Scripturæ ijs hortantur ad studium operum bonorum.

DICO AD I. At expressè vt operariis talium.

AD II. Hortantur; sed præmio proposito beatitatis.

VI. Expressè vita æterna bonis est operibus promissa. Mat. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Ibid. *Omnis qui reliquerit. &c. & vitam æternam possidebit.* 1. Tim. 4. *Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vite, qua nunc est, & futurae.* Vnde promissum est debitum; & præstita conditio habet meritum.

VII. Operantes dicuntur digni præmio; quippe meriti. Luc. 10. *Dignus est operarius mercede sua.* Sap. 3. *Tentavit eos, & inuenit eos dignos se.* 2. Thes. 1. *Vt digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini.* Illud autem Rom. 8. *Non sunt condignæ passionibus huius temporis ad futuram gloriã;* intelligitur de substantia operum, non de proportione absoluta.

DICO AD I. *S. Aug. ep. 105. &c.* beatitudo tribuitur misericordie, non quòd ea non sit vera merces meriti; sed quia merita ipsa sunt data ex misericordia. Deinde: In ipso merito est opus misericordie, ob pecc. venialia quibuscum fit meritum.

AD II. Vinum & lac gratiam significant, non gloriam: gratia autem nõ acquiritur per merita. Ita *S. Hieron. in Comment.*

AD III. *Inutiles* ex nobis, ex natura, ait *S. Ambr. 2. Inutiles*, Deo; at non nobis, ait *V. Beda. 3. S. Aug. serm. 3. de verb. dom. Inutiles*, quia nil vltra id facimus, quod debemus. 4. *S. Chry. Vult nos de nobis humiliter sentire.*

AD IV. *S. Aug. l. de grat. & lib. arb. c. 8. & 9.* Stipendium iustitiæ est vita æterna; sicut peccati, mors.

AD V. Fit sermo ibi de salute inchoata per gratiam viã; & hæc non habetur per merita, sed gratis. Nec vllus eas scripturas exposuit vnquam de gloria patriæ.

AD VI. Fides excludit gloriationem gloriantium in sese & in propria iustitia; non autè gloriationem in Domino. Ita *Bern. serm. 13. in Cant.*

AD VII. Merita iustorum nascuntur ex meritis Christi: idcirco hæc magnificantur, vt in effectis. Merita igitur nostra sunt Christi dona.

QVÆSTIO LXXXII.

Num qua fiducia in meritis collocanda sit, vt intuitu mercedis operari liceat?

II. LUTHERANI negant: & coguntur, quòd operum iustorum esse peccata mortalia asserant.

CALVINIANI item pernegant: vt *Caluini Inst. 3. c. 2. §. vlt. & c. 12. §. 3. 4.*

Pelagius & Wicleffus directè contrariè docuerunt, teste *Th. Wald. to. 3. c. 7.*

AUTOR. Ponenda in Deo spes precipua; sed & aliqua in meritis sic, quatenus ex iis spes nascitur, non ex fide sola. 1. Sic aperte Scriptura in *Antubristop. 4. q. 45. 2.* Ita *S. Patres. 3. Ratio.* Quia promissa corona diligentibus Deum pendet ex & fidelitate Dei, & operibus nostris. 1. *Ioan. 3. Diligite opere & veritate:* ergo & spes coronæ pendet indidem ex vtroque simul. Ita *sent. dist. 23.* Quia hic ordo est iustificationis: 1. Fides; 2. Amor salutis; 3. Desiderium ac spes. Vnde *S. Ambr. spes, a-*it, *oritur ex amore; & amor ex spe.*

II. Si merita esse bona verè cognoscatur, potest in iis aliqua poni fiducia; sed

cia: sed absque superbia. Ita enumerabat sua merita Nehemias, 2. *Esdra*. 5. David, *psal.* 17. Ezechias, *Isa.* 38. Hester, *Eccl.* 14. Paulus, 2. *Tim.* 4. *Bonum certamen certavi. &c.* Attamen tutissimum est, in solo sperare Deo. Hæc spes non confundit; illa fallit. Patet ex iis Scripturis, quas contra nos congerunt aduersarij.

II. LUTHERO-CALVINISTÆ, vt Caluinus *Iust.* 3. c. 16. §. 3. & c. 18. §. 2. negant intuitu mercedis æternæ fas operari bene; licet huc tendant exhortationes S. Scripturæ. Id quod olim docuit damnatus Buganrius in Catalaunia; teste Luxenburg in *Catalogo har.*

SVADENT istis. I. Quia Ioan. 10. Mercenarii reprehenduntur.

2. Quia S. Bern. l. de diligendo Deo ait: Non sine premio diligitur Deus, etsi absque premij intuitu diligendus sit. vacua namque vera caritas esse non potest; nec tamen mercenaria est.

3. S. Tho. 2. 2. q. 19. a. 4. ad 3. ait amor mercenarium posse vera cum caritate consistere.

4. Seruile est operari ob mercedem.

5. Deus amore amicitia, non concupiscentia diligendus est.

AVTOR. Nec tantum, nec præcipuè intuitu mercedis operandum; sed maxime ad Dei gloriam.

1. Ita Matt. 4. *Penitentiam agite; appropinquabit ENIM regnum cæl.* Matt. 5. *Beati. &c. quoniam ipsorum est regnū cæl.*

2. Sic mandatum est, Mat. 6. *Primū querite regnum Dei.* Luc. 16. *Facite vobis amicos. &c. ut recipiant vos in æt. tab.*

3. Exemplum Davidis Ps. 118. *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificat. tuas, PROPTER retributionem.*

4. Ecce cohortatio. I. Cor. 9. *Sic currite, vt comprehendatis.* Gal. 6. *Bonum facientes non deficiamus, tempore ENIM suo metemur.* Sic & S. Patres,

DICO AD I. II. III. Mercenarii sunt, qui mercedem primariò intuentur: non tales sunt iusti operarij.

AD IV. Sordidum est, vbi merces vilior est opere; vt in terrenis; non vbi merces est gloriosior.

AD V. Rectè: at Deum iusti diligunt propter Deum, non propter seipsos, nisi secundariò.

QVÆSTIO LXXXIII.

Quæ ad Meritum requirantur: & qui fiat?

AVTOR. I. OPVS LIBERVM libertate à Coactione & Necessitate. Vnde *Eccl.* 31. *Qui potuit transgredi, & non est transgressus: ideo stabilita sunt bona illius.*

1. Cor. 9. *Si volens hoc ago, mercedem habeo.* Quare, 2. Cor. 9. *Quisque prout destinavit in corde suo; non ex tristitia.* Ratio. Nam opus necessarium non est laudabile; ergo minus meritorium. Nec opus malum meretur pœnam, nisi liberum fuerit.

II. GRATIA IUSTIFICANS requiritur. Vnde Ioan. 15. *Manete in me; sc. vt membra viua sitis: huc gratia opus.* 2. Beatitudo est hæreditas filiorum Dei: *Rom.* 8. *Gal.* 3. 3. Meritum perditur salutis per peccati offensam; ergo non in solo opere, sed præcipuè in amicitia Dei fundatur.

III. PROMISSIO DEI GRATVITA requiritur. Nam contrariam Baij opinionem damnauit Pius V. & Greg. XIII. Quia opera ex principio operantis nullam habet proportionem cum beatitudine. *Rom.* 8. *Non enim sunt cōdigna pœssiones ad. &c. Quia, 2. Cor.* 4.

Quod in presenti momentaneum est. &c. Meritum verò licet ad vtramque Dei iustitiam pertineat; magis tamen ad Distributiuam, quam Commutatiuam; quia distributio præmiorum reuocatur ad gratiæ prædestinationis, quæ est sine meritis præuisis facta. Ad Commutatiuam: quia præmium datur beatis secundum mensuram laborum.

IV. CARITAS requiritur magis, quàm FIDES. Nam illi promissa beatitudo est; Ioan. 14. *Si quis diligit me, diligam, & manifestabo ei me:* quæ manifestatio est beatifica visio. I. Cor. 2. *Oculus non vidit quæ Deus præparauit diligentibus se.* Proinde, I. Cor. 13. *Si habuero omnem fidem; caritatem autem non habuero; nihil sum: &c.* Et ista quatuor requiruntur ad meritum.

V. Ex CONDIGNO non solum de Congruo, meretur iustus. Vnde Col. 1. *Ut ambuletis Dignè Deo.* 2. *Thef. 1. Ut digni habeamini regno Dei;* id est, condigni, &c. Rom. 8. *Non sunt condigna passiones. &c.*

2. Condignitas verò ea manat, Tum ex operum dignitate, vt quæ informari gratia: Tum ex Dei pacto. Quia, Ioan. 1. *Vita æterna est gratia mercedis pro gratia meritorum;* seu caritas patriæ pro caritate viæ: sed inter gratiam hanc & gratiam illam est proportio; ergo & condignitas. Gratia namque operandi bene, est *fontis saliens in vitam æternam*: fontis autem est proportio ad *flumen gloriæ, quod latificat ciuitatem Dei.* Pf. 45.

3. Sed meritum est duplex, Personæ & Operis. Item vita æterna duplex; Hæreditas, & Merces. *Merito persona* potest haberi æterna vita, vt Hæredi-

tas: ac merito operis, vt Merces; Ad hoc opus pacto Dei, quod acceptanda sunt opera; non ad Illud: Quia gratia ex se se habet relationem ad gloriam.

4. DEVS verò etiam supra condignū remuneratur opera bona. Quia Matt. 5. *Merces vestra copiosa erit.* Luc. 6. *Mensuram bonam, confertam, & superfluentem dabit.* Luc. 19. *Habentis, plus dabitur.* Luc. 20. Etiam non operatus totum diem, datur tamen denarius totus; quia bonus sum, ait,

5. Primam tamen gratiam meretur nemo ex condigno, nisi solus Christus: eam meritus est omnibus. De hoc enim, non de illo, pactum constat.

6. Iustus nihilominus potest alteri gratiam mereri primam de congruo. Ita Mat. 9. *Videns Iesus fidem eorum,* &c. curauit ægrum. Sic Stephanus meruit Sauli conuersionem. Iustus interim sibi ex condigno mereri augmentum gratiæ potest, & ita crescere vsque in perfectum diem.

V. DE BONIS OPERIBUS IN SPECIE.

QVÆSTIO LXXXIV.

Oratio an sit Necessaria, & Vitiosa?

I. ETHNICI quidam, teste S. Tho. 1. 2. contra Gent. c. 96. per orationes putarunt Dei posse mutari Prouidentiam:

II. MESSALIANI, ait Theodoret. 4. hist. c. 10. dicebant, per solam orationem homines iustificari posse.

III. ETHNICI quidam, ait Cic. 1. 1. de nat. deor. 11. Peripatetici tollebant e medio & prouidentiam Dei, & orationem spernebant.

PELAGIANI, teste S. Aug. 1. de haer. c. 83. destruebant orationes Ecclesiæ; quod dicerent, homines suis vi-

fuis viribus possere ete viuere, & Dei seruare mandata.

WICLIF, teste Th. V. Vald. 10. 3. c. 1. 2. finxit, Deum non requirere cogitationes aut voces nostras; sed solum opera bona, quæ sunt oratio vitalis, aiebat.

LUTHERANVS Ioan. Monhemius in Catechismo finxit, Deū id petentib⁹ dare, quod daturus erat, etsi non petissent. Quo supernacaneam reddit orationem.

AVTOR. I. Deus est immutabilis, Nu. 23. 1. Reg. 15. Malac. 3. Iac. 1. Quia est simplex, infinitus, æternus. Ita S. Th. 1. q. 9. a. 1. Humana igitur oratione mutari nequit.

II. Not. sola oratio iustificat. Quia Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit. Ioan. 6. Nisi manducaueritis Carnem Filij hominis. &c. non habebitis vitam in vobis. Itaque hæc, aliaque talia sunt necessaria.

III. Oratio est necessaria sic vt, quæ Deus per eam dat, sine ea non dedisset. Ideo Luc. 18. OPORTET semper orare, & nunquam deficere, Luc. 21. Vigilate semper orantes, vt digni habeamini fugere ista. Thef. vlt. Sine intermissione orate. Eccl. 18. Nō impediatis orare semper. Ideo laudata est viduæ importunitas; Publicani humilitas; Luc. 18. Et petentis tres panes instantia. Luc. 11. 2. Deinde necessaria est ad benè viuēdi auxilium. Nā, Ioan. 15. Sine me nihil potestis. Vnde 2. Cor. 3. Sufficiens nostra ex Deo est. Orandus igitur Deus est. Planè, Pf. 105. Dixit vt disperderet eos; si non Moyses electus eius stetisset in contractione in conspectu eius. Item Mat. 17. Hoc genus demoniorum non eicitur, nisi oratione, & ieiunio. Iac. 4. Non habetis propterea, quod non postulatis. Petitis, & non accipitis; eo, quod male petatis. Ergo aliquid non datur; quia non, aut malè petitur. Idcirco Iacob, Gen. 25. pro prole orabat, tametsi ex Dei promisso sciret feminis sui bene-

ditionem. Sic Helias, 3. Reg. 18. ora pro pluuia ipsi præscita: Tobias, cap. 6. aduersus Asmodæum.

LUTHERO-CALVINISTA Melanthon in Locis Com. tit. Precatio: Calvinus Inft. 3. c. 20. §. 3. Brentius in Conf. V. V. V. de orat. ac cæteri, præ se ferunt maximi se orationem æstimare; at ipsius VTI LITATEM euacuant, & abnegat esse 1. Satisfactoriam: 2. Meritoriam: 3. Impetratoriam. Priores duas tollunt; mutilant impetrationem; dum negant orationibus impetrari peccatorum remissionem, & iustificationem; vt quæ soli tribuunt fidei, præcedenti orationem. Cætera dant precibus exorari posse.

AVTOR. Perutilis est oratio: 1. Ad Satisfactionem: Quia laboriosa & pænalis est; vt ieiunium; & eleemosyna.

2. Ad Meritum: Quia Mat. 6. Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

3. Ad impetrationem. Quia Luc. 18. Publicanus oratione facta, descendit iustificatus.

QVÆSTIO LXXXV.

Orationem Dominicam quatenus carpant Hæretici?

I. TERTULLIANVS l. de Oratione, & CALVINVS Inft. 3. c. 20. §. 35. asserunt sex tantum petitiones, duasque vltimas in vnam contrahunt. 1. Calvinus mentitur pro se facere pios S. Patres; citatque S. Chryf. & Aug. 2. Suadet ex, Sed, particula aduersatiua. 3. Quia Luc. 11. non habetur, Sed libera nos. &c. quia, ait Aug. in Enchir. c. 116. continetur in præcedente.

AVTOR. Septem sunt petitiones orationis Dominicæ. Ita S. Patres, Aug. Ansel. Rup. Innoc. Thomas, Bonau. &c. Quidam solum exponunt eam, de numero nil laborant, Tertulliano, ait Sanctus Hilarius can. 5. in Matth.

consequens error abstulit auctoritatem.

AD I. Caluini; Mentitur.

AD I. Sed, hic non explicat præcedentem; sed quid maius indicat, scilicet *ne nos inducas: sed potius libera nos.* Vt, ne exigas à me debitum; sed condonatorum.

AD II. Apud Lucam in latina desiderantur duæ petitiones: *Fiat voluntua.* Et *Libera nos;* at in græca & Syriaca apud Euth. & Theophy. habentur. *Dei;* alio tempore, & alijs auditoribus docuit orationem Dominus apud Lucam, quã apud Matthæum: unde Lucas forte non retulit totam. Ita *Rupertus.* Demum; *S. Aug. in Ench.* dicit tertiam esse quodammodo repetitionem primæ; & secundæ; & septimam tanquam vnã cum Sexta. Non dicit esse absolutè. Sic Matthæus c. 5. octo Lucas c. 6. quatuor refert beatitudines, ait *S. Ambr. l. 5. in Lucam.*

II. CALVINVS *Inst.* 3. c. 20. §. 44. & *Melan. in Locis tit. de inuoc.* voluit in quinta petitione solum panem corporalem.

Suadent auctoritate *Chry. in Matt. 6. operis imperf.*

AUTOR. Nomine Panis intelliguntur omnia alimenta animæ corporiq; necessaria. I. Ita *S. Patres; Tert. Cypr. Nyss. Theoph. Aug. &c.* Aliorum sententia de solo pane spiritali, reiicitur, vt improbabilis. Neque obstat vox *πῶρον*, id est, super substantialis; quia etsi verbo significet excellentiam panis; in subiecto tamen idem est quod *substantialis* panis: sic Græci interpretes, *Bis. Nyss. Chry. Theophy; Euth.* Latini legunt *Quotidianum*, aut sic exponunt.

Liquet eò clarius, orare solius esse Creaturæ: Quo insanius blasphemant Thalmudistæ dicentes, Deum

quotidie certas orationes fundere: sic Machometes: Deum & Angelos prole orare. Ipse autem *Spiritus, postulat pro nobis,* Rom. 8. id est, facit nos postulare: Sic & *corui inuocant Deum,* Psal. 146. *Querunt,* Ps. 103. à Deo *escam sibi,* metaphoricè eo modo, quem Deus indidit ipsis affectui & fami significandæ.

III. WICLEFVS finxit duo: 1. Speciales orationes haud prodesse magis, quam generales: Ideo multas factas fundationes ecclesiasticas pro animabus fundatorum.

2. Nefas esse specialem fundere orationem pro vno aliquo.

SVADEBAT istis. 1. Quia perfecta caritas omnia complectitur.

2. Oratio Dominica est tota generalis.

3. Communitas præferenda est singularitati: nemo simul pro vtraque precari potest.

AUTOR. At Isaac, *Gen. 25.* orabat in specie pro Rebecca: *Dauid, 3. Reg. 17.* pro filiolo: *Heli, 3. Reg. 17.* pro vidue filio: *Onias, 2. Mach. 3.* pro Heliodoro: *Christus, Luc. 22.* pro Petro: *Ecclesia* pro eodem carcerato, *Act. 12.* *Paulus, Eph. 6.* petit orari pro se.

DICO AD I. Caritas ordinata est: ideo alios alijs anteponit; hos, quam illos magis adiuuat.

AD II. Oratio est generalis; at applicatio intenta est specialis: Vt illa Christi: *Transseat à Me calix iste.* Generalis tamen oratio est absolutè melior speciali.

AD III. Verum est; nisi singularitatis sit vrgentior necessitas.

QVÆSTIO LXXXVI.

Hoc a Canonice num rectè sint instituta, ac obseruentur?

LUTHERVS *l. de abroganda Missa,* institutas reprobaui, ac sustulit. no ualq; instituit. queis res pial. mi manè, vespere totidem dicerentur: *Cantica Te Deum,*

Deum, Benedictus, & Symbolum Athanasij ad vespas addidit *Illyricus in Centurijs sic arguit*: Pelagius Papa instituit Horas Canonicas: ergo notis Antichristi fuit insignis.

At quis vnquam Horas in notis Antichristi posuit; præter ipsum?

Brentius in Confess. Vitemb. carpit quatuor: 1. Infitutas pro solis Clericis: 2. In lingua aliena 3. Continuas die noctuque. 4. Ad expianda potius peccata, quam iræ Dei placandæ, & consolationi fidelium.

AUTOR. Antiqua & rationabilis est Horarum Can. institutio.

I. Sunt septenæ: Ps. 118. *septies in die laudem dixi tibi.*

2. De Nocturno. Ps. 118. *Media nocte surgebam ad confitendum nomini Domini.* Luc. 6. *Christus pernoctabat in oratione.* Act. 16. *Paulus & Silas media nocte orabant in carcere.*

3. De Laudibus, Psa. 5. *Manè exaudies vocem meam; manè adstabo tibi.* Psal. 63. *In Matutinis meditabor in te.* Ps. 118. *Praeueniunt oculi mei ad te diluculo ut meditarer eloquia tua.*

4. De I. III. VI. IX. 2. Eldra. 9. *Legerunt in Volumine legis Domini quater in die, & quater confitebantur, & adorabant Dominum Deum suum.* Dan. c. 6. *Tri bus temporibus in die flectebat genua, & adorabat, confitebaturq; coram Deo.* Sic ca exponit Beda, Cyp. Hier. Act. 2. Hora tertia Apostoli orantes accipiunt Sp. Sanctū. Hora sexta, Act. 10. Petrus in superiore ædium parte orationi vacabat. Ad Nonam orationis horam, Act. 3. Petrus & Ioannes ascendebant in Templum.

5. De Vesperis, Ps. 54. *Vespere, Manè & Meridie narrabo & annuntiabo; & exaudiet vocem meam.* Ps. 140. *Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* Constat ergo Antiquitas, & Sactitas

II. RATIO liquet earundem. 1. S. Cyp. *serm. 6. Vt SS. Trinitatem tertia quaque laudemus horâ.*

2. Vt septem horis grati simus pro beneficio creationis, septiduo patratæ.

3. Vt recolamus beneficia redemptionis: in Vesperis primis, Cœnam Domini: in Completorio, Orati onē in horto; illusionem apud Annam & Cayphan: in Matutinis, conciliū principum: in I. ductionē ad Pilatum: in III. vocem *Crucifige*; in VI. crucifixionem: in IX. Expirationem. Ita S. Atha. Basil. Casianus. &c. III. Rursus: Vespere Christus depositus de cruce: Ad Cōpletorium sepultus: ad Matutinum re surrexit; & Pharaonem olim submersit: Hora I. apparuit mulieribus: III. Demisit Sp. Sanctum: VI. Petrus est iussus prædicare Gentibus: & Conuersus est Paulus: IX. Centurio Cornelius ab Angelo missus est ad Petrū. &c. Vide Bell. l. 1. de bon. op. c. 13.

IV. PARTES HORARVM singulæ sūt irreprehensibiles; ergo & totæ.

1. Psalmi & Cantica sunt in Scripturis, & Fuerunt Apostolis in vsu: I. Cor. 14. *Cum conuentis, vnusquisque vestrum psalmum habet.*

2. Diuinitus inspiratum est *Te Deum laud.* ab S. Ambrosio & S. Augustino post huius baptismum.

3. De Hymnis docetur Col. 3. Eph. 5. etiam populo vsitatis.

4. Lectiones, Responsorialia, Capitula, &c. sunt è Scripturis, seu S. Patribus. Horarum igitur vsus est & Sanctus, & perantiquus. Vide in *Genealog.* p. 4. q. 17. de Hæresiarchis damnatis.

QVÆSTIO LXXXVII.

Cantus Ecclesiasticus an sit improbandus?

LUTHERANI Centuriatores cent. 9. cap. 6. &c. nos vocant Baaliticos; vt in quos dicitur *Clamate voce maiori*: Non tamen cantum improbant vniuersè, quin vehementer commendant: Calvinianique pariter, vt Calvinus *Inst.* 3. c. 20. §. 31. Verum in specie improbant nostrum in lingua non vulgari, tali cum ritu ac ordine; præsertim cum stata solemnique obligatione solius Cleri.

TRANSYLVANI Trinitarij l. 2. c. 1. profitentur se Cantum cum tubis & organis præscribere: Inque *Antithesibus Christi veri ac falsi*, falsum Christum velle aiunt cantum.

SVADENT Scripturarum apparentiis, cuique soluta facilibus.

AUTOR. I. Ritus Diuina canendi peruetus est ac rationabilis.

1. Quia Angeli concinuerunt Christo nato *Gloria*.

2. Dauid Psalter & composuit psalmos, & instituit organa. &c. cantores: & *Psal.* 150. hortatur ad cantum.

Martyr instat, ista veteris esse Legis, adq; nos pertinere nihil: Nihil, inquam, quæ futura præcinebant iam impleta: at multum, quæ præterita mysteria grati recolimus, omiſſis figuris.

3. Turbæ occinuerunt Christo *Hosanna*, obstrepentibus Phariseis.

4. Qui *Mat.* 26. *Hymno dicto post cœnam*, id est, cantato, ait *Conc. Tolet.* V. c. 12. *Et Aug. in tit. ps.* 2. & *epi.* 119. c. 18. *ὑμνῶν καὶ ᾠδῶν* græcè est.

5. Paulus & Silas, *Act.* 16. *media nocte orantes hymnum decantabant.*

6. Præceptum est *Col.* 3. *vt in psalmis, & hymnis, & canticis* sese exercent

credentes. 7. Constat Traditio S. Patrum. 8. Hæretici contrarij, sunt damnati: Vt Hilarius quidam, teste S. *Aug.* l. 2. *Retract.* c. 11. Henriciani, & Petrobrusiani: teste Cluniacensi: *Wicleffistæ*, teste *Tho. Wald.* to. 3. tit. 2. Demum complures Cantus ecclesiastici constant vtilitates, apud *Bell.* l. 1. *de bon. oper.* c. 16.

II. Clerum ad Cantum ac Horas obligari, ritè fit ac ordine.

1. Quia 1. *Par.* 15. *Constituit Dauid vram Arca Domini de Leuitis*, qui ministrarent, & recordarentur operum eius, & glorificarent, atque laudarent Dominum.

2. Apostoli omiſſis temporalibus suam munus proprium dixerunt: *Act.* 6. *Nos orationi & verbo Dei instantes erimus.* Vt igitur in Ecclesia non est omnium *Prædicare*; ita nec *Cantare*.

3. Ratio. Quia politia suos habet cubitores: ergo & Ecclesia; *Isa.* 62. *super muros tuos Ierusalem, constitui custodes, tota die & nocte in perpetuum non tacelint.* Item *Eph.* 5. *Numquid omnes Doctores, Prophete, &c.* sed suum cuique donum est ac officium in Ecclesia: Cleri, psallere. Idque iure ecclesiastico, non diuino.

DE IEIUNIO.

QVÆSTIO LXXXVIII.

An ieiunij soluendi tempus ritè statuatur ac obseruetur?

LUTHERANI; vt *Kemnitius in par.* 4. *Exam. Tril.* pag. 516. cōcedunt in ieiunio vnam in die refectio-nem; eamque cœnæ, non prandij: at negant delictum ciborum seu abstinentiam à carnibus.

CALVINISTAE, vt Calvinus *Infl.* 4. c. 12. volunt ieiunium tribus perfici: 1. *Tempore*; vt nō solnatur prius, quam id perfectum sit, verbi gratia, oratio, cuius causa susceptum est: 2. *Quantitate*; vt solito minus comedatur; non vt vnica sit refectio in die. 3. *Qualitate*, vt sit abstinentia ab lautitijs; non delectus ciborū prohibitorum. Itaque nostrum tempus soluendi ieiunij carpunt.

SVADENT istis apud Scharpiū in *Cursu theo.* Sect. 26. q. 1. 1. Col. 2. Nemo vos iudicet in cibo, aut potu, aut parte diei festi. &c.

2. Papistæ vt videantur ieiunare, sub meridiem Vesperas canunt, tertiam pomeridianam mutant in meridianam; & satis esse aiūt tres horas post ordinariū prandii tempus ieiunare: conceduntque hæc variari posse. Ita & Kemnitiū.

AVTOR. Ieiunium sit cœna, non prandium; Vel, vt *D. Th.* 2. 2. q. 147. a. 6. & 7. ait, sit vna refectio, & hora nona, ex Ecclesię lege vel consuetudine.

1. Rationem adfert: *Vna refectio*: Quia ieiunatur, vt natura dometur, non destruat: at domatur vna refectio, quæ assuevit duabus: Destruetur, si nunquam sumeret. *Hora nona*: Quia ieiunare est carnem crucifigere; at Christus hora nona crucifixus expiravit.

2. *Iudic.* 20. *Ieiunauerunt illa die vsque ad vesperam*, Idem 2. *Reg.* 1. & 3. &c. Ergo mos ille peruetus est.

3. Ita S. Patres apud Bell. 1. 2. c. 2. Dico AD I. Loquitur ibi de legalibus ceremoniis; perque vim detorque tur ad legem Ecclesiasticam, teste S. Hieron. ad *Aglaſiam* q. 10. *Aug. epist.* 59. q. 7. &c.

AD II. Ecclesia prandendi, & ad vesperam collationandi vsus tolerat; non imperat: constat tamē ieiunium eō perfectius esse, quò longius differ-

tur vnica refectio. *Dein*, talium determinatio est ab iure Ecclesiastico, vel Consuetudine, cuiusque locis; non ab iure diuino. Vnde varatio accidentis nil derogat substantiæ ieiunij; & illa cuiusque nationis Archiepiscopo, seu Patriarchæ est libera, ex causa occurrente graui.

QVÆSTIO LXXXIX.

An cibos quosdam censeamus immundos in sese?

LUTHERANI, vt Lutherus *l. de lib. Christiana* Melanch. in *Apol.* art. 15. 26. Brentius in *Confes.* VVitimb. Kemn. in part. 4. Exa. Trid.

CALVINIANI item vt Calvinus *Infl.* 4. c. 12. quatuor culpant: 1. Quod ducamus cibos quosdam ex se immundos. 2. Quod abstinentiam carniū, ouorum, & casei ad rationem ieiunij esse dicamus. 3. Quod delectum ciborum sub conscientiæ obligatione impere mus. 4. Quod eum esse meritorium asseramus, exque re indifferente cultum Dei necessarium efficiamus.

SVADENT affictam nobis ciborum immunditiam istis: vt Kemnitiū pat. 4. Exam. pag. 460. *Laborat amoliri suspicionem istam, quasi cibos prohibeant sicut Tarianus, Manichei, & Priscillianista, quasi vel maledicti sint, vel a diabolo occupati: Sed pontificie consecrationes creaturarum prorsus ostendunt, in eodem ipsos luto cum hereticis istis herere.* 2. Dicunt carniū eam esse immunditiam, quòd prauas carnis concupiscentias excitent. 3. In consecrationibus suis petunt, vt diaboli vis à creaturis expellatur.

AVTOR. Nihil commune nobis in ieiunio cum hæresiarchis; nec cibū vllū ex se immundū dixit vnquam Ecclesia certa Scripturarū, in *Antichristo* p. 4. q. 46. Quia cibos omnes semper comedit; solum certa abstinentiæ tempora definiuit, non immunditiæ vllius

vllius causâ; sed obedientiæ. Ideo & religiosi quidam sibi esum carniū perpetuò interdixerunt libera sponte sua. Aegris tamen vel in Quadragesima conceduntur carnes; sæpe & imperantur.

Dico Ad I. Hæretici execrabantur etiam pisces, & quicquid animam habuisset. Vnde Montanista, & Tertullianus, orthodoxos appellabāt *Psychicos*, id est, animales seu animæ ueros, & delectabatur *εὐροφασία*. Demum: Quia S. Patres refutarūt ac anathematizarunt hæreticos dictos; ijdem & ieiunium nobis commendarunt, ac obseruarunt.

AD II. Ieiunij causa est castigatio carnis; quam carni cibi plus nutriūt; oua & lac etiam, quod, ut ait S. Hiero. l. 2. contra Iouin. sūt caro liquida, & sanguis albus. Nec ideo tamen immunda censentur. Vnde S. Aug. l. 10. Cōf. c. 31. *Non ego immunditiam obsonij timeo, sed immunditiam Cupiditatis.* Nec ideo vetat Ecclesia immoderatum carniū esum; quia hic ex se prohibitus est lege diuina. At hæretici, ait S. Ehiph. *Animata abominantes interdunt, non continentia gratia, neque honeste uitæ; sed ob timorem & imaginationem, ut non condemnentur.* De Manichæis S. Aug. l. de heres. c. 46. *Nō vescūtur carnibus, q̄ ab ocis quasi fugerit diuina substantia, ac tale remanserit, quod indignum sit in electorū ventre purgari.* Nil cum hac impietate nobis. Vide *Antichristum* p. 4. q. 46.

AD III. At licet conlecramus panem & alios cibos; non tamen ab iis abstinemus, ut immundis: ergo nec à carnibus idcirco. Nam totos annos multis abstinere carnibus oporteret;

quia ipsas adeo ratò benedicere conſueuimus. Demum: si putaremus benedictione cibos mundari, non eis abstineremus, sed vel in quadragesima benedictis vesceremur. Neque benedictio fit ob immundiciem, aut vim insidentis Satanæ; sed vt res sanctificatæ in creatione sanctificentur amplius per uerbum Dei & orationem.

QVÆSTIO XC.

Delectus ciborum an sit de ratione ieiunij?

LUTHERO-CALVINISTÆ vnanimiter certant contra abstinentiam ieiunij ab carne ouis & caseo; solam probant illam ab lauitiis & cupediis.

SVADENT multis. 1. Deus creauit omnia propter hominē: *Gen. 1. 9. Ps. 8. 2. Mat. 15. quod intrat per os non coinquinat. 3. Luc. 10. lubentur manducari, quæ apponuntur. Ita & 1. Cor. 10. Omne, quod exiit in macello, manducate. 4. Col. 2. Sunt omnia in interitum ipso usu, secundum præcepta & doctrinas hominum.* In hoc triumphat Kemnit. 5. *Discedent quidam à sede prohibentes nescire, & abstinere à cibis, quos Deus creauit. 1. Tim. 4. 6. Mat. 9. Mar. 2. Luc. 5. Non possunt filij regnorum ieiunare, quam diu cum illis est sponsus.*

AVTOR. Ad rationem ieiunij pertinet abstinentia à carnibus, certiq; cibis: id que licitè, iustè, & sanctè.

I. Quia piorum Vfus, est interpret ecclesiasticarum Traditionum optimus: at Dan. 10. *Ego iugebam trium hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non comedi, & caro, & vinum non intulerunt in os meum.* Baptista, *Mat. 3. locustis & melle siluestri solum vescabar.* S. Petrus Apost. *solis lupinis vesci solitum accepimus, ex Clemente Alex. l. 2. Padag. c. 1. S. Iacobus à carnibus, S.*

Timor

Timotheus à vino abstinebat: Christiani Alexandria sub S. Marco solū cœnabant, & absque carne ac vino: *Euseb. l. 2. hist. c. 17.* Talium plena est historia ecclesiastica.

RATIOQUE fauet. Quia ieiunii est carnem Spiritui subijcere, ait *S. Aug. l. 30. contra Faustum, c. 5.* Huc communi regula opus erat, quæ seruiret omnibus: abstinentia à lautitijs ea esse nequit; cum quod lautum nullumque his: istis sit insipidum & parum. At caro cunctos delectat, nutritque ut maxime: ergo carnis abstinentia medium est optimum castigationis Christianæ, ac commune.

INSTAT. I. Kemn. In Veteri Test. ieiunantes cœnabant sobriè, nullo ciborum delectu. 2. Suttarcire se piscibus, opiparisque alijs, plus pugnat fini ieiunii, quam carne sobriè vesci. 3. Lasciuiam magis vino, quam ous aut caseo, nutritur.

DICO AD I. Nusquam Scriptura dicit eos cœnasse carnibus: at abstinentiæ docent.

AD II. Idè est piscibus per accidens in tēperantiâ, vel condimenti non ex piscium natura. Et hanc, non illud respexit lex Ecclesiæ; quod hæc sit eadè semper: illud innumerè variet.

AD III. Carnium esus parat materiam luxuriæ: vinum non parat, sed accendit paratam intemperantius haustum: si materiam subtraxeris ieiunando; iam vinum fit caloris naturalis fomentum, non libidinis. Vnde in Oriente Ecclesia tam à vino, quam carne ieiunabat: regiones verò occidentis frigidiores à sola carne.

Porro ad Suasiunculas Luthero-caluinianas.

DICO. AD I. ex *S. Hiero. lib. 2. contra*

Iovin. Rectè; sed non solum omnia ad esum; nam & ad medicinam. &c. Comestibilia verò non ut semper comedantur.

AD II. Naturâ suâ non coisquinat; at per accidens inobedienciæ. Dein arguitur ibi Iudæorum superstitio in comedendo manibus illotis.

AD III. Commendat ibi modestiam in victu, vetans delitias: ut contenti sint appositis. Ita *Ambr. Theophy. &c.* ijs scilicet, quæ pro tempore loque licet. Sic *Luc. 10. Manducate que apponuntur.* Paulus de idolotytijs loquitur, deque suffocato; vetitis in *Cong. Ierofoly.* Cuius obseruationem iubet, *Act. 15. 16.* Dein; *Rom. 14.* dixit, bonū est non comedere carnes, & non bibere vinum, ne frater scādalizetur. Ergo idem magis voluerit ieiunia Ecclesiæ obseruari.

AD IV. Loquitur ibi de legalibus ceremonijs; quod nequit ad leges Ecclesiæ detorqueri. Vnde *S. Hier. Aug. Chryf.* illud *Non tetigeris, neque contrectaueris*, referunt ad cadauer: *ne gustaueris*, ad suillam, leporinam. & *que sunt in interitum ipso usu fidelibus in lege noua.* Addit *Chryf. hom. 7. ad Coloss.* *Legem obijcias*, se esse diuinam; *ea tamen ipsa iam deinceps humana doctrina est, elapso videlicet temporis sui prescripto.* Dein: ibi per *præcepta & doctrinas hominum* intelliguntur ea, quæ repugnant Diuinis: ut *Mat. 15. ad Titum. 1. Isa. 29.*

AD V. Damnat eos, qui cibos, ut immundos, prohibent. Ita *S. Patres.* Et verò delectus ciborū est verus Dei cultus; non hypocrisis, ut *Kemnitijs* fingit.

R 2

AD VI.

AD VI. Kemnitiſius aut fallitur, aut fallit trifariam. i. Affingit Domino dictum hoc: Non eſſe filios nuptiarum legibus ad ieiunia adigendos: cum addiderit Dominus: *dum cum illis ſponſus eſt*; quando gaudere oportet, non affligi ieiunio; *post ablatum vero ieiunabit*, ſc. ex præcepto hoc Ieiunabunt.
2. Fingit *testamentum vetus* eſſe præceptum ieiunij, & hoc non affuit Nouo Teſt. debere. Cum dixerit è contra Dominus, *Nouum* non adtui debere *veteri*. Vti *ibid. Vinum nouum* non fundi in *vetes veteres*: Et *Nemo, bibens vinum vetus* ſtatim *vult nouum*. Proin S. Patres per *vetus* intelligunt Apoſtolos, tunc adhuc carnales & veteres; per *nouum*, præcepta euangelica, vt eſt de ieiunio; quod in nouo Teſt. eſt perfectum voluit Dominus, non imperfectum, vti in Vetere Teſt. erat. Vnde obliquè tangebant gloriantes in ieiunio legis veteris.

QVÆSTIO XCI.

An Ieiunium ingenere ſit lege diuina præceptum?

LVTHERANI: vt Kemnitiſius *p. 4. Exo pag. 440.* fatetur ad teſtimonia & exempla ieiunii in Scriptura, liberè fieri ieiunia poſſe. Quo negat eſſe præceptum. Sic & cæteri.

CALVINISTAE, vt Calvinus *Inſt. 4. c. 12.* aiunt eſſe pernicioſam ſuperſtitionem confundere ieiunium cum operibus à Deo mandatis: cum ſit res per ſe adia phora.

SVADENT iſtis apud Scharpium in *Curſu Theol. ſect. 26. queſt. 3.* Quia Traditiones humanae de rebus adia phorae, verbo Dei contrariae ſunt; cum ſine verbo Dei ad verum Dei cultum pertinere ſinguntur. *Col. 1. 2.* Et cum ſub præcepto conſcientiae obligantur. Quia Dei voluntas eſt regula iuſtitiae: eaque ſola

obligare conſcientias poteſt. &c.

AVTOR. Ieiunium generatim ſumptum habet diuinum præceptum; in particulari verò eſt ab Eccleſia decretatum. Ita *S. Tho. 2. 2. q. 147. 4. 3.*

I. Ioeelis 2. *Conuertimini in ieiunio*. &c. Hoc merè morale eſt, non ceremoniale, non iudiciale; quia nil præfigurabat: proinde ad Eccleſiam pertinet omnium ſæculorum: teſte *S. Leone ſer. 4. de ieiun. 2.* *Mat. 6. Tu autem cum ieiunas, unge caput*: Modum ieiunandi tradit ſic, vt præſupponat eſſe ieiunandum ex præcepto; ſicut & Orandum: quod ſubiungit,

INSTAT Melanch. hic: Duplex ieiunium eſt: Sobria cibi ſumptio; Et parua, aut nulla, quod de eſt vel cibus, vel appetitus: Et hoc propriè eſt ieiunium Euangelicum, de quo *Mat. 9. Cum auferetur ab eis ſponſus, tunc ieiunabunt*, ſc. ex merore nauſebundi.

DICO: Vocula *Cum* innuit extraordinarium tempus ieiunandi; non quotidianum. *Tu cum ieiunas*. *Ibid. Cum ieiunatis, nolite fieri triſtes*. &c. quaſi dicat, aliquando ieiunabitis, non quotidie; at quotidie & ſemper eſt præcepta ſobrietatis. Neque ex ablato ſponſo tantus erat meror Apoſtoliſ. Quia *Luc. vi. Sumebant cibum cum exultatione*. *Act. 14. Deus implet cibo & latinià corda noſtra*, ait Paulus.

II. S. Patres aſſerunt diuinum Ieiunij præceptum. *S. Aug. epiſt. 86. Testamentum nouum reuoluens vides præceptum eſſe ieiunium. Quibus autem diebus oporteat ieiunare, præcepto Domini, aut Apoſtolorum non inuenio deſinitum.* Addit Dominicis diebus, & à Paſcha ad Pentecoſten non ieiunari. At contra Melanchthonem hoc eſt: nam ijs diebus ſeruanda eſt & ſumptio ſobria cibi: & nemo.

nemo cogitur ad cibum etiam paruū, qui non habet appetitum, aut cibum.

III. RATIO Suadet. Quia Ius naturæ iubet pœnitentiā agere pro peccatis, tentationi resistere, peccata vitare: atqui potest euenire, vt quis nec per orationem, nec per eleemosynā satisfacere possit: ergo tunc ieiunio tenebitur ad satisfactionem.

Non tamen ieiuniū est in Decalogo præceptum; quia hic pertinet ad Iustitiam; ieiunium verò non, sed ad temperantiam.

DICO AD I. Ieiunium cum sit in genere præceptum, & in se bonum; esse res adiaphora nequit, aut Dei Verbo contraria, cum adiaphora nulla ei aduersentur. De obligatione quæst. sequente.

QUESTIO XCII.

An lex Ecclesiæ possit ad ieiunandum obligare in conscientia?

LUTHERANI & CALVINIANI; (sicut olim Eustathiani & Aeriani, teste Socrate l. 2. hist. c. 33. & Epiph. heresi 75.) pertinaciter negant.

LUTHERVS l. de lib. Christiana. Melanch. in Conf. Aug. a. 26. Brentius in Confes. VVittemb. de ieiunio.

CALVINVS Inst. 4. c. 12. Kemn. par. 4. Exam. Negant posse talem iustè ferri legem: ab lata quæquam obligari, nisi ratione Scandalij, aut contemptus.

SVADENT ex historia antiquitatis. 1. Kemnitijs pag. 589. De ieiunio Paschali voluerunt quidam cum Episcopo Romano leges ferre, opinionone necessitatis, sub excommunicatione, quando, quomodo esset ieiunandum. Sed Irenæus despondit. Liberas, & dissimiles, esse illas obseruationes, nec cogendam Ecclesiam.

2. Calu. & Kemn. Montanus, teste Euseb.

hist. l. 5. c. 17. primus tulit legem ieiunij. Et Tertullianus defendit libertatem Christianam contra Montanum; nouasque leges de ieiunio habuit pro hæresi.

3. Spiridion, ait Sozom. l. 1. c. 11. in quadagesima carnes apposuit hospiti suo, & comedit. Ergo ieiunium est res libera.

AVTOR. Legibus Ecclesiæ fideles obligantur in conscientia ad ieiuniū.

1. S. Scriptura Vereris & Noui testamenti. Vide *Antichristum* p. 4. g.

INSTAT Kemnitijs Exempla præcepti ieiunij Hebræorum referri ad *καλοῦργίαν* oportere.

AT Audax hoc & impudens est: nā Scriptura laudat filios Ionadab, Iere. 35. Mardocheum, Hest. 9. ob ieiunia instituta; Et illa quarti, quinti, septimi mensis, Zach. 8.

2. Quia sic docet Traditio; Canonesque Apostolorum, *Can. 68.* iubent non ieiunantē in quadagesima Clericum deponi, Laicum excommunicari.

3. Sic & plura Concilia, Sanctique Patres. Vt rectè affirmet *S. Chryf. hom. 2. in Genesim.* Quadagesimam inflectere conscientiam Regum & Imperatorum omnium ad obedientiam. Vnde vltima flagellante annonā Constantinopoli Iustinianus alterā quadagesimæ hebdomadā macellum aperuit: nemo tamen è tanto populo vel id intrasset; mors eis præ fame; præ vtraque præceptum fuit ieiunij.

3. RATIO euincit. Quia præfules Ecclesiæ possunt condere leges; patet p. 2. g. 70. supra: at omnis vera lex actū virtutis non necessarium facit necessarium: talis est actus ieiunij iusta lege præceptus: ergo non necessarius est. Vnde peccata actus præcepti omissor,

aut transgressor. Neque hoc ratione scandali aut contemptus, ut finxit Melanchthon: nā hic & illud lege diuina prohibentur, non ecclesiastica ut ieiunium tempore isto tali. Qui autem tempore prohibito comedit carnes absque Ecclesiæ contemptu, is peccat ratione temperantiæ lesæ, quæ lege diuina & naturali præcepta est.

Disco AD I. Iræneus non dicit, fuisse qui cum Episcopo Ro. legē de ieiunio ferre vellēt: sed monet Victorē, dis similitudinem ecclesiæ in celebrando Paschate esse tolerandam; sicut illa in ieiunando. *Deinde*: non erat tunc questio de Paschatis & ieiunii lege; sed de Oriente & Occidente, an eadem lex utrobique seruanda esset. *Demum*: Nō erat quæstio de substantia, essetne ieiunium & Pascha seruandum; sed de accidente temporis.

AD II. Vocem *primus* addiderunt Eusebio hæretici. Et Tertullianus nō dicit Montanum *primum* leges ieiunij fecisse; sed *nouas* addidisse; docetque ante Montanum fuisse ieiunium quadragesimæ. Et S. Hieronymus arguit Mōtanum quod tres quadragesimas excogitarit: idque ait Theodoretus, præter Ecclesiæ morem: *Demum*: hac in causa nulla est autoritas Montanistæ Tertulliani, morem Ecclesiæ hæreticē impugnantis; non ciborum delectum, aut huius meritum; sed suas leges esuriales statuentis.

AD III. Cuius licet tempore ieiunij edere carnes, ita iubente necessitate aut caritate. Sic Spiridion fecit. *Dein*: hic nil cibi habuit præter carnes fumatas; quod, solitus dies plures ieiunare, tunc panem non parasset,

Et prius à Deo veniam petiit, quam ederet. Et hospes recusauit carnes, *Christianus sum*, dicens. Cui Spiridion: *Omnia munda mundis* Christianis; scilicet tali in necessitate. I hæc imitentur No uatores. At ea silent.

QVÆSTIO XCIII.

An ieiunium sit Dei Cultus Meritorius, & Satisfactorius?

LUTHERANI, ut Melanchthon in *Conf. Aug.* 26. Brent. in *Conf. VViremb. de ieiun.* Kemn. p. 4. *Ex pag. 420.* cum Iouiniano docent, ieiunia, ciborum que delectum ad salutem prodesse nihil dum quam.

CALVINIANI ex Caluino *Inst.* 4. cap. 12. & Kemn. volunt utile ieiunium carni coercendæ, orationi adiuuandæ, humiliationi, poenitentia. &c. At nihil ad placandum Deum, impetrandum auxilium, aut præmium promerendum.

SVADENT istis. 1. Brentius. *Isa.* 58. *Non quid tale est ieiunium, quod elegi, per diem affligo animam? Nonne hoc est magis ieiun.* Dissoluerunt obligationes impietatis. Kemn. ex *Ier.* 14. *Esuriatis, non exaudiam.*

2. Calu. *Ioel.* 2. *Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.*

3. Melanch. 1. *Tim.* 4. *Exercete ad pietatem corporalis enim exercitatio ad modicum valet, est, ieiunium* ait S. Ambr.

4. Kemn. Allegata Pharisei ieiunia Dominus *Luc.* 18. comparauit vestibus detritis, queis nouitas Euangelii non conuenit. *Matth.* 9.

5. Kemn. Ad *Col.* 2. arguuntur electæ religiones, corpus macerantes. Huc afferunt (mala fide) S. Patres apud Bell. 1. 2. c. 13.

AVTOR. Ieiunij fructus sunt plures iuxta Ecclesiæ Præfationem, *Corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris & premia.* Sic & S. Ambr.

Ambrosii hymnus: *Carnis terat superbiam potus cibi que parcitas.*

Nec dicimus, vt affingit nobis Kēnitius, ieiunium per se absque relatione ad pium finem, esse ex opere operato cultum Dei meritorium & satisfactorium: Nam per se dicit abstinentiam, estque res media, non virtus: at respectu finis p̄ij est virtus, & actus elicitus, Temperantiæ. *Dein*; opus operatum pendet ex instituto Dei; non ex merito cuiusquam, vti vis ieiunij ex deuotione dependet, vt Satisfaciat, Mereatur, & Impetret: teste S. Scriptura, in meo *Antichristop.* 4. q. 46.

2. Ita & S. Patres.

INSTAT Calvinus in Harm. Mat 6. Non eadem est ieiunij, quæ orationis vis: cum hæc sit Dei cultus præceptus; at illud, res media; ideo datur merces orationi per se, ieiunio nõ per se, sed ratione orationis.

Dico. Omni operi bono debetur merces de congruo; ergo & ieiunio, quæ ex electione, seu institutione suscipitur cum fine salutari: testibus innumeris exemplis & Patribus.

INSTAT Kemn. i. Patres rhetoricantur, exaggerationibus suis ad ieiunia homines inducturi; vt loquantur hortatoriè magis quam verè, teste Chrysostomo.

1. Analogicè tribuunt ieiunio, vt causæ remotæ, quod conuenit orationi, aut pœnitentiæ, quibus seruiunt ieiunia.

Dico Ad I. Adeo omnes rhetoricè, nullus verè loqueretur? S. Chry. *de compunct. cordis*, reprehendit tales rhetoricantes; at non S. Patres.

AD II. S. Patres distinctè omnia docent: iuuari orationem ieiunio, placari Deum, impetrari beneficia, satisfieri pro peccatis; vt analogiæ locus, esse nullus queat.

Dico AD SVASTIONEM I. istis Dominus declarat, placere sibi ieiunium, cui iuncta est iustitia vitæ; quantum displicet ieiunium iniquorum. Ergo *Nunquid hoc est ieiunium*, subaudit S. Hieron. *solum*.

AD II. Nil ad rem: nam scissio vestium non est ieiunium, sed contritionis signum.

AD III. S. Ambr. id sic exponit: Ieiunium sine elemosyna *ad modicum vtilis est*; at misericordia *ad omnia*. S. Chry. verò, cæteri que rectius ita; *Corporalis exercitatio*, sc. athletica corpori roborando: at exercitatio pietatis ad roborandū spiritum, *ad omnia vtilis est*. Est igitur comparatio vtriusque gymnasii, nullaq; mentio de ieiunio. Quod quem admodum *ad modicum val. re* diceret, cum id toties & tantoperè commendet?

AD IV. Phariseus non ideo iustificatus nõ est quod ieiunaret: sed quod superbè se exaltaret. Et *Mat. 9.* ieiuniū nouis vestibus comparatur, non detritis.

AD V. *Col. 2.* reprehenditur *θελοθρησκεία*, id est cultus voluntarius sed irrationibilis, ideòque superstitiosus; qualis non est ieiuniū vt pote *rationabile obsequium*. Agiturque ibi de immoderatè ieiunantibus; item contra fingentes, esse cibos aliquos ex se immundos.

QVÆSTIO XCIV.

An iusta sit Origo, Varietas, & Ratio Instituta Quadragesimæ?

LVTHERANI AC CALVINIANI contendūt: Quadragesimam, post Apostolorum tempora, ex.

ra, ex superstitione, & peruersa imitatione Christi irreplisse. Ita Kemn. p. 4. Exa. Magdeburgenses Cent. 1. l. 2. c. 10. Caluinus Inst. 4. c. 12. §. 20. ac ceteri omnes.

SVADENT isto, quod Kemn. ex S. Irenæo confingit

1. Tempore Apostolicorum varias fuisse obseruationes & leges.

2. Quadragesimam fuisse vulgarem Consuetudinem, non mandatum.

3. Et hanc priuata fuisse autoritate inuestam ab simplicibus.

4. Deinde aliquid esse statutum de ieiunio, idque ex priuata deuotione.

5. Ob ea viros Apostolicos id non accurate obseruasse.

6. S. Aug. epist. 86. ait: *In nouo Test. video præceptum esse ieiunium. Quibus autem diebus non oporteat ieiunare, quibus oporteat, præcepto Domini vel Apostolorum non inuenio definitum.*

AVTOR. Quadragesimæ ieiunium est ab Apostolis institutum; ab Ecclesia traditum. 1. Sic Canon Apost. 68. 2. S. Hier. epist. ad Marcellam, S. Leo ferm. 6. de Quadrag. 3. Quia Aug. ep. 118. & l. 4. de bapt. c. 24. omnia ea ex Apost. Traditione descendere, quæ in vniuersa Ecclesia obseruantur, & in nullo Ecclesiæ Concilio instituta inueniuntur. AT tale esse Ieiunium testantur plura Conc. vt Laodicænum can. 49. Nycænum can. 5. &c. Dein nullus Patrum antiquissimorum non meminit Quadragesimæ, vt rei sacræ.

Quò impudentior vox Caluini Instit. 4. c. 12. §. 20. *Iam inualuerat supersticiosa Quadragesimæ obseruatio.*

AT est APOSTOLICA. Quin asserunt quidam S. Patres, à Domino institutam, non verbo, sed exemplo; & inspiratione Dei: sic S. Ambr. Hier. Aug. Leo.

DICO AD Kemnitiana S. Irenæus

loquitur, non de Institutione ieiunij, sed de forma, sc. quamdiu sit cuique ieiunandum: vno die, an pluribus, an quadraginta horis. De varietate ieiunantium plus, minusuè diuersi diuersa; at Quadragesima vna fuit omnibus.

AD VI. S. Augustini: Hic loquitur de præcepto Christi in Scripturis expresso; non de Tradito: at ieiunium est in hoc non illo; vt iam liquet. Hactenus ex Communi sententia.

SENTENTIÆ particulares de origine Quadragesimæ sunt duæ, & improbabiles.

I. CASSIANI, Collat. 21. c. 30. per totum annum quale fuisse ieiunium in primitiua Ecclesia. Deo negligi coeptum: demum Quadragesimam institutam communi consensu fuisse.

AT CONTRA. Vt vita cælebs nõ fuit communis Christianis cunctis instituta nec ieiunium. Quia Act. 13. dicitur Paulus & Barnabas ordinati in opus Euangelij cum Ieiunio & Impositione manuum: atqui vt hæc temporaria paucorum, ita & ieiunium non fuit continuum, annuum, & omnium. Et 2. Cor. 11. dicitur *in ieiuniis multis non continuis*. Et S. Ioannes Euangelium scripturus solemne indixit ieiunium. 2. Nusquam extat commune decretum, de quo Cassianus.

II. SENTENTIÆ referentium Quadragesimam institutam ad Telephorum Papam, apud Eusebium Chronico.

AT CONTRA. Telephorus mandauit Clero, vt VII. hebdomadas integras abstineret à carnibus; cum Latini non VII. integras abstinerent. Dicit S. Ignatius, factus anno 71. Episcopus Antiochenus, & martyrizatus anno 109. institutam iam Quadragesimam commendat in ep. ad Philippenfes: ante Telepho-

lephorum Papam creatū anno 142. martyrio coronatum anno 154. testibus Baronio & Bzouio annis iisdem.

VARIETAS Ieiunij vt multa varias apud nationes fuit, ita nil idem officit constanti vnus Quadragesimæ traditioni: vide *Bell. l. 2. c. 15.*

RATIO Quadragesimæ CALVINO est vna κακοχρησία: Kemnitijs, assignari rationes solitas ab Theologis recitasse, ait esse eas refutasse. Recitentur itaque.

AUTOR. Institutæ Quadragesimæ rationes feruntur VII. I. S. Leo serm. 4. de quadrag. *Vt in XL. diebus aliorum temporum culpas, & pia opera redimerent, & ieiunia casta decoquerent.*

2. S. Hieron. in Iona 3. *Dominus XL. dies ieiunauit, vt hereditatem nobis ieiunij derelinquens ad esum Corporis sui, sub hoc numero animas nostras prepararet.*

3. Tert. l. de iei. Vt impleretur illud Mat. 9. *Cum auferetur sponsus, TVNC ieiunabunt.*

4. S. Leo serm. 12. Quò dignius celebraretur Passio & Resurrectio Christi; *Vt, in cuius Resurrectione sumus conuersati: in ipsius inueniamur Passione commortui.*

5. Ob Catechumenos, ait S. Ambr. *Vt XL. dierum circulo ieiunantes, (ceu Helias) spiritalem baptismatis pluuiam mereamur, & longam gentiliū siccitatem lauari mundatio salutaris irroret.*

6. Cassianus Collat. 21. c. 27. vt quasi decimas de anno dependamus Deo.

7. S. Ignatius epist. ad Philip. *Ieiunandum Quadragesimā, quia Imitationem continet conuersationis Domini: Sic & S. Patres cæteri, Basil. Nazian. Hieron. Chry. Aug. Ambr. &c.*

Dominus tamen ieiunauit à Ia-

nuarij 6. vsque ad 14. Febr. Voluit autem Ecclesia post Dominum, quam cū Domino ieiunare. Et vt ieiunium iungeret Passionis Resurrectionisque celebrationi, *Item*, in vere innouante se natura tentationes surgunt carnis acriores: Tempusquē illud est omnium aptissimum ad ieiunandum.

IN STAT Caluinus Iesum non ieiunasse ad Imitationem nostram: Quia 1. Oportuisset eum quotannis ieiunasse: 2. Non omni abstinentie cibo: 3. Et Moyses XL. diebus ieiunauit, non tamen idcirco fuit institutum ieiunium, aut tractum ad imitationem.

DICO AD I. Sic Domino placuit, qui solum vna die tentatus fuit; nos quotannis sæpe tentamur, ideo & quotannis ieiunamus.

AD II. Imitamur Magistrum in abstinenti aliqua, non in omnimoda Dominum; id enim virtutis est; hoc miraculi: Ita *Greg. Nazian.*

AD III. Nusquam legitur Moyses datus in exemplum; at Christus, Ioan. 13. *Exemplum dedi vobis.* 1. Pet. 2. Eph. 5.

QVÆSTIO XCV.

Cur instituta sint ieiunia quadam breuiora, & stata?

LVTHÉRANVS Kemnitijs par. 4. *Exam. pag. 578.* Ieiunij in feria quarta & sexta causam fingit; quod ijs diebus ad audiendum Dei verbum conueniebatur.

AUTOR. At tunc maximè Dominicis ieiunasse oportuisset, quibus vbique prædicabatur; & tamen ijs ieiunari vetabatur, teste S. Aug. epist. 86. & 119.

CAUSA igitur vera est de feria quarta, quòd eā Dominus sit præditus; sexta, quòd crucifixus. Ita *Clemens lib. 5.*

Apost. Constit. c. 16. S. Aug. epist. 86. Hæc verò est memoria ablati Sponsi, ait S. *Epiph.* ac monet, si Natalis Christi in eorum aliquem dierum venerit, tunc non ieiunari, vel abstineri: Idque ex lege Ecclesiæ. Lex ea renuit Græciã totã; at in Latina Ecclesia præceptum de feria quarta transit in Sabbatum; vt hodieque perstat Custode consuetudine ac lege. *Bell. l. 2. c. 18.*

II. LUTHERANVS Kemnitius ieiunium quatuor temporum è medio vult sublatum.

SVADET istis. 1. Quia Tertullianus ait, nullum ab Apostolis impositum esse ieiunium, sub præcepto præter Paschale.

2. Hieronymus ait vnam ieiunari Quadragesimam: cetera ieiunia esse Voluntatis, non Necessitatis.

3. Quia Iudæi cetera ieiunia ex proprio cerebro instituerunt; ideoque ab Zacharia, c. 8. reprehensi sunt. Neque fas Christianis, imitari Iudæos: nam cacozelia est.

AVTOR. I. ORIGO ieiunii quatuor temporum; sicut Quadragesimæ supra; inde ab Traditione Apostolica deducitur.

1. Quia ita S. Leo *serm. 2. de ieiun. Pentec. & serm. 8. de ieiun. septimi.* Idem *serm. 7.* testatur id Vniuersale esse per Ecclesiam.

2. Deinde: ab nullo Oecumenico Conc. reperitur institutum.

3. Accedit, Callistus Papa, sub annum 223. *epist. ad Benedictum*, affirmat seruari id consuetum iam diu antè.

4. De eo Act. 27. *Ieiunium iam præterierat*, sc. solenne ac statum decimi mensis: quo Ecclesia ieiunare suevit ob Ordinationes; vt liquet *Act. 13.* & fatentur Sectarij.

II. VARIETAS in eò duplex accidit.

1. Principio trium id temporum erat; dein S. Callistus addidit quartum.

2. Ea quatuor ieiunia non eadem eiusdem mensis hebdoma celebrabant omnes.

III. CAUSÆ instituti sunt istæ.

1. Imitatio Iudæorum; & hæc iusta ac pia: quia ijs erat Morale, non Ceremoniale seu Iudiciale institutum: cum nil præfiguraret futurum. Ita S. *Callistus, Leo. &c.*

2. Ordinationes Clericorum, vt eas fortunaret Deus. *Gelasius epist. 1.*

3. Fruges terræ; quò Deus eas feruaret, & pro ijs gratias referrent fideles. S. *Leo serm. 2. §. 8.*

4. Vt, sicut erat ieiunium annuum, & hebdomadarium; ita & esset trimestre.

DICO AD I. Tertullianus fregit totam feram fidei in causa ieiunij; vt Montanista. *Dein* Instituerint Apostolice ne addito præcepto & annuum & trimestre; at Callistus præceptum addidit, remittente caritate ac zelo.

AD II. Dixerat S. Hier. Montanistas ieiunare sub præcepto tres Quadragesimas; vnam Catholicos; subiunxit: *Non quòd per totum annum ieiunare non liceat; sed quòd aliud sit Necessitate, aliud Voluntate munus offerre.* At de necessitate præcepti erat ieiunium annuum, trimestre, & hebdomadale: cetera, cuiusque voluntatis.

AD III. Zacharias reprehendit non ieiunia in se bona; sed ieiunantes malè. Ita *Hier. Theod. Rupertus, Leo. &c.* Et verò Christianis fas, in ieiunijs aliquibus imitari Iudæos, docet *S. Augustinus*

& S. Leo.

F I N I S.